PRIOR ACCEPTIO EST.

* *Species dicitur vniuscuiusq́ forma.*
Vnde formosos speciosos dicimus.

POSTERIOR ACCEPTIO.

* *Dicitur adhuc Species, quæ est sub aßignato genere.*

Sic homo species est sub animali. Rursus animal (licèt aliàs genus sit) hîc etiam Species dicitur, cùm subsit corpori animato.

Aſsignatum genus, est genus ante definitum: qualia sunt animal, color, corpus animatum, &c.

VSVS
Acceptionum Speciei.

Vsum atque vtilitatem habet prior acceptio Speciei ad meliùs intelligendā ex illius collatione Speciem Logicam.

SPECIEI
Logicæ cum Specie ciuili collatio.

Quemadmodùm Species ciuilis suorum subiectorum omniū pulchritudinem complectitur: sic & Species Logica omnem Generis ornatum seu perfectionem continet: &, siquidem specialissima fuerit, etiam totam suorum indiuiduorum continet essentiam.

SPECIEI
Logicæ Definitiones.

Tres post secundam Speciei acceptionem, recenset Porphyrius Definitiones Speciei.

PRIMA.

* *Species est quæ sub genere ponitur.*
vt homo sub animali; nigror sub colore.

Verbis vix differt hęc, à secũda acceptiõe, sensu nihil omninò: sicut nec sequens. Quid enim aliud est speciem esse vel poni sub genere, quàm genus de specie in eo quod quid est prædicari?

SECVNDA.

** Species est, de qua genus in eo quod quid est prædicatur.*

Vt homo: Quia animal de homĩe prędicatur in quid. appositè enim respondetur ad quæstionẽ quærentem quid homo sit.

SVBMONITIO.

Hæ priores duæ definitiones dantur de Specie subijcibili, seu sit prædicabilis, seu non sit. *Vnde hic aduerte.*

** Est Species quædam* { *Subijcibilis, non prædicabilis, vt animal.* / *Prædicabilis* { *nõ subijcibilis, vt rationale.* / *et subijcibilis simul, vt hõ.* } }

TERTIA QVAE EST
Solius Speciei prædicabilis.

** Species est, quod de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid est prædicatur.*

Vt homo de singulis hominibus dicitur.

Differentia numero sunt, indiuidua plura secundum essentiam indistincta, vt Socrates & Plato.

VSVS
Speciei Logicæ.

Logicæ species præterq̃ quòd ad Definitionẽ, Diuisionẽ, &c, sicut genus, conducũt, etiã cõferũt ad tollendam gę:

dam generis cōfusionē. Sic Prudētia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, tollunt perplexitatem, quæ est in genere virtutis. Cognita enim natura specierum, simul etiam cognoscitur natura generis.

DIVISIO GENERIS & Speciei.

Porphyri⁹ gen⁹ diuidit in { summū, qđ generalißimū vocāt Græce γενικώτατον. Et mediū, quod dicūt subalternū Græcè ὑπάλληλον.

RVRSVS.

Speciem diuidit in { Mediam seu subalternam, & infimam, quā vocāt Specialißimam

GENERALISSIMI

Duas recitat Porphyrius definitiones.

PRIOR.

* *Generalißimum est, supra quod non est aliud superueniens genus.*

Superueniens genus, est genus superius, quod de altero in eo quod quid est prædicatur. Non sunt ergò quale, quantum, & similia, genera superuenientia ad substantiam.

ALTERA.

* *Generalißimum est, quod cùm sit genus, non est species.*

Hoc est. Genus summū est, quod genus quidē est, sed non Species. ¶ Species in definitiōe pro subijcibili accipienda est, alióqui enim, si pro prædicabili specie sumatur, animal erit genus summum.

Decem vulgo genera summa recensentur, quæ & prædicamenta vocantur.

- *Substantia*
- *Quantitas*
- *Qualitas*
- *Ad aliquid*
- *Actio*
- *Paßio*
- *Vbi*
- *Quando*
- *Situs &*
- *Habitus*

INFIMÆ SPECIEI
quatuor refert Porphyrius definitiones.

PRIMA EST.

* *Specialißimum est, post quod nō est alia inferior species.*

Inferior, id est, vt loquuntur, specialior.

ALTERA.

* *Specialißimum est, quod cùm sit species, non est genus.*

Hanc secundam, effectum esse volunt præcedentis.

TERTIA.

* *Specialißimum est, quod cùm sit species, non diuiditur in species.*

Hæc à specialissimo negat quandam generis conditionem. Proprium enim generi est, in multas diuidi species.

POSTREMA.

* Speci-

** Specialißimum est, quod de pluribus differentibus numero, in eo quod quid est, prædicatur.*

Hæc omninò ipsi Speciei infimę impropria est. Neque enim naturam eius vt infima, seu (sicut loquuntur) specialissima est, exponit, sic enim respicit genera superiora, quibus inferior & specialior ipsa est, sed in quantum est prædicabilis de indiuiduis, quibus est superior.

Tota autem manifesta est ex Speciei prædicabilis definitione, nisi quòd pro genere definiti hîc constitutum volunt vniuersale prædicamẽtale, sicut in omnibus prioribus Specialissimi, & prætereà Generalissimi Definitionibus, quod opus esse negant in Definitione Speciei prædicabilis.

DEFINITIO
Subalternorum.

Apud Porphyrium definiuntur subalterna (genera intellige media, & medias species) in hunc modum.

** Subalterna sunt, quorũ vnumquodq; genus & species eße poteſt, ad aliud quidem, & ad aliud sumptum.*

Vt corpus, corpus animatum & animal, genera sunt inferiorum, vtpotè hominis & Bruti, species verò ad substantiam comparata.

Vt manifestè videas in hoc schemate, ab vno genere summo, ad infimam speciem vnam, deducto.

GENVS SVMMVM. *Substantia*

INTERMEDIA { *Corpus* / *Corpus animatum* / *Animal.* }

SPECIES IMA. *Homo.*

Sub quo nulla ampliùs species, sed singuli homines sunt, vt Socrates, Plato, Aristoteles, Cicero.

VSVS

Iam dictarum Generis & Speciei Diuisionum.

Sermone res declarandæ sunt, & plerunque verbis communioribus angustiora vocabula sunt explicāda: Idcircò in docendo & definiendo vt res signatè ac perspicuè efferamus, vtilissimum est exactam tenere vocum communiorū angustiorúmque inter se discretionem. Infeliciter enim docent, qui ex huius discretionis inscitia, in definiendo verbis vtuntur ad rē nó satis appositis, sed vel angustioribus, vel magis quàm oporteat communibus.

Próinde vtiliter Porphyrius non contentus semel voces, quarū altera est altera communior, in Genus & Speciem discreuisse, vlteriùs ipsa quoque inter se Genera, similiter & ipsas inter se Species secundum angustiam & latitudinem distinxit, ad exactiorem illam quam diximus vocum cōmuniorum minusq́; communium differentiam designandam.

REGVLAE

Quas vocant Prædicationum.

Transit Porphyrius à definitionibus generis & speciei ad regulas quasdam ex his collectas.

PRIMA EST.

* *Genus de specie prædicatur, et omnia superiora de inferioribus: Species verò*

neque

neque de genere ſibi proximo, neq; ſuperioribus.

Sic animal de homine prædicatur, non contra. Predicari enĩ in his regulis eſt, ordinatè & neceſſariò dici. Neceſſariò dici eſt, dici ſeu atribui alicui in propoſitione neceſſaria.

SECVNDA.

* *De quibus prædicatur ſpecies, de his neceſſariò et ſpeciei genus prædicatur, et generis genus, vſq; ad generaliſsima.*

Vt quia Socrates eſt homo, Socrates animal eſt & corpus animatum, corpus item & ſubſtantia.

TERTIA.

* *Species prædicatur de Indiuiduis, & vniuerſaliter omnia ſuperiora de omnibus ſub ſe poſitis.*

Vt homo de Socrate & Platone.

Porphyrius aliter paulò tertiam hanc regulam, cum quibuſdam alijs (de quibus viua voce diſcipulos monere ſoleo) habet atque ego ex verſione, noſtris in Scholis recepta, quam hîc ſequi compellor, recenſui.

Sic eſt apud Porphyrium.

Cùm ſemper de inferioribus ſuperiora dicantur,	Ἀεὶ τῶν ἐπάνω κατηγορουμένων τῶν ὑποκάτω,

Τὸ μὲν εἶδος κατὰ τοῦ ἀτόμου κατηγορηθήσεται. Τὸ δὲ γένος καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου. Τὸ δὲ γενικώτατον, καὶ κατὰ τοῦ γένους, ἢ τῶν γενῶν (εἰ πλείω εἴη τὰ μέσα καὶ ὑπάλληλα) καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου.

Species quidem de Indiuiduo, & genus de ſpecie indiuiduoq; dicetur. Summum autem genus, tum de genere dicitur, aut de generibus (ſi multa intermedia & alterna fuerint) tum de ſpecie, tum de indiuiduo.

Λέγεται γὰρ τὸ μὲν γενικώτατον κατὰ πάντων τῶν ὑφ᾽ αὑτὸ γενῶν τε, καὶ εἰδῶν, καὶ ἀτόμων.

Genus enim ſummũ de generibus, formis, indiuiduiſque omnibus, quæcunque ſub eo continentur, dicitur: Genus infimæ ſpeciei proximum, de omni ſpecie infima & indiuiduis. Species ea quæ ſolùm ſpecies eſt, de indiuiduis omnibus, & indiuiduum ſolùm de vno ſingulorum. Vocatur autem indiuiduũ, Socrates, &c.

Τὸ δὲ γένος, τὸ πρὸ τοῦ εἰδικωτάτου, κατὰ πάντων τῶν εἰδικωτάτων, καὶ ἀτόμων.

Τὸ δὲ μόνον εἶδος, κατὰ πάντων τῶν ἀτόμων. Τὸ δὲ ἄτομον ἐφ᾽ ἑνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος.

Ἄτομον δὲ λέγεται, ὁ Σωκράτης, καὶ τὰ λοιπά.

Pro qbus tã multis nihil aliud noſter interpres reddit. Species prædicatur de Indiuiduis: & vniuerſaliter omnia ſuperiora de oĩbus ſub ſe poſitis. Indiuiduũ autẽ prædicatur de vno ſolo particulari, vt Socrates, &c. Alia loca plura non in Porphyrio ſolùm, ſed & Ariſtotele quoque, quæ fideliorem deſiderãt verſionem, ne nimius ſim, conſultò diſſimulabuntur, quod tantùm honeſto voluimus Lectori ſemel indicatum.

Ego ſanè, (quid enim vetat, quod res eſt, ingenuè fateri?) votis omnibus optauerim, vt ſtudioſis Philoſophiæ auditoribus, non magis Latinè modò, magiſque fideliter, verùmetiam planè omninò, ac dilucidè loquentẽ Ariſtotelem in his eximijs florentiſſimæ Facultatis

cultatis Artium gymnaſijs audire liceret. Sed non temerè mutanda, quæ publico conſenſu, tādiu recepta ſunt, quare & nos eadē adhuc ſequi non grauabimur.

VSVS

Regularum trium prius ex Porphyrio dictarum.

Prædicationū regulæ conducunt, vt alia hactenus dicta, ad connexiones generis & ſpeciei diiudicandas, hoc eſt, ad videndum, quæ generis & ſpeciei inter ſe, aut cū alijs connexio, ſecundum commune naturæ ordinem fiat, neceſſariáque exiſtat, & quę nō. Prodeſt autem plurimū in vero & falſo diiudicando neceſſaria à non neceſſarijs, quæque ordinem ſeruāt naturalem, ab ijs quæ cōtra illū iunguntur, diſcernere poſſe.

DE INDIVIDVO.

Facta eſt in regulis Indiuidui mentio: ad eius igitur tractationem conuertit ſermonem Porphyrius, duas indicans deſcriptiones. *Vna eſt:*

* *Indiuiduum eſt, quod prædicatur de vno ſolo particulari.*

Atque il[l]ud triplex [h]ic faciūt.
- *Quoddā Determinatū*
  - *Ex nomine: quod nihil aliud eſt, quam nomen propriū, Cicero, Eraſmus, Moſa. &c.*
  - *Ex demōſtratiōe, eſtq; cōpoſitum ex pronomine demonſtratiuo primitiuæ ſpeciei, & voce communi: vt hic homo, ille equus &c.*
- *Quoddam Vagum, aggregatum videlicet, ex ſigno particulari, & voce communi, vt aliquis homo, vel aliquis equus.*
- *Quoddam Ex hypotheſi ſeu conditione, vt Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius.*

SECVNDA.

** Indiuiduum eſt, quod conſiſtit ex proprietatibus, quarum collectio nunquàm in alio erit eadem.*

Hoc eſt, Indiuiduum eſt quod proprietates habet quæ ſimul omnes nunquàm attribuentur multis, v Socratis proprietates ſimul omnes nunquam plu bus verè tribuentur.

VSVS

Indiuidui.

Magnum habent vſum in Dialecticis Indiuidua. In primis ad cognitioné generũ & ſpecierũ infimar

Cùm enim hæc ſolùm pateant intellectui, veriſ méque dicant Philoſophi, nihil peruenire ad intell ctum, quod priùs in ſenſu non fuerit: à quouis intell gi poteſt, ſi exactam cupiamus generis & ſpeciei inte ligentiam conſequi, oportere nos ab aliquo ſenſib duci. Quare cùm Indiuiduum ſenſibile illud exiſtat neceſſaria nobis in primis erit eius cognitio.

Siquidem ex multorum indiuiduorum ſimiliu collectione, ſpeciem: ex collectione ſpecierum, genu ſibi format intellectus. Verbi gratia:

Cùm videris multos equos, circumfers animo im preſſam equi imaginem, & tanquàm pictum ſimul chrum, vt equos vbicunque gentium oblatos ag noſcas. Eam imaginem Dialectici ſpeciem appellant.

Déinde perceptis equis varijs, canibus prætereà, pris ac ceruis, diuerſiſque alijs animantibus brutis mente colligitur quędam in illis communio eſſent quæ ſub aſpectum non venit, hanc genus vocant, i que exprimunt voce brutum.

Ad ſimilem modum brutis hominibuſque, gene

rica quædam naturæ similitudo inest, secundũ quam sunt animalia.

Sunt autem huiusmodi similitudines quæ species vocantur aut genera, in intellectu, non vt quondam in Scholis inepti quidam docuerunt, res extra intellectionem, qui fingebant esse naturas communes, nescio vbi, volitantes. Nos dictum Boëtij verum & perspicuum sequamur, asserentis: Omne quod est, eo ipso quòd est, singulare esse. ¶Quicquid igitur oculis ipsis cernitur; quicquid auribus aut alio sensu percipitur, Indiuiduum est: vt hic salmo, quẽ vides: hic lupus quẽ auribus tenes: hæc philomela quã audis canentem, Indiuiduum est.

Species horũ sunt, salmo, lupus, philomela. Has mente sola cernere licet.

Genera eorũdem sunt, brutum, animal, corpus &c. quæ animo duntaxat tenere possumus: nullo autem sensu percipere.

Hæc ad diligenter (sicut oportet) vsum Indiuidui cõmõstrãdũ dicta sunto. Præterea mihi addere liceat: quum singularis propositio non ad Categoricorum modò & Expositoriorum Syllogismorum, sed Inductionis quoque, & reliquarum argumentationum doctrinam perficiendam, vtilis sit futura, ipsum quoque Indiuiduum, ex quo singularis illa propositio cõstat, non parum prodesse. Denique vsus eius aliquis in Topicis quoque fuerit. Nam ibi ostendetur eandem esse à specie ad Indiuiduum sequelam, quæ sit à genere ad speciem.

De Differentia.

CAPVT III.

Porphyrius more suo aliquot Differentię acceptiones, antequàm tertij prædicabilis determinationẽ aggreditur, præmittit, ad distinctionem significationum

num eius: ille enim est harum vsus acceptionum.

Partitur autem Differentiam in { *Communem*, *Propriam* & *Maxime propriam.* }

Differentia, vt pro diuiso assumitur, ita commoc describi potest:

Differentia est forma, qua aliqui differt à se, vel ab alio.

Quod autem per formam differt, vocant differen idque diuidunt hoc pacto.

Differens. —— { *Communiter*, *Proprie*, *Maxime proprie,* }

Communiter differens sic Porphyrius describit:

* *Communiter differre alterum ab al tero dicitur, quod alteritate quadam differt, quocunque modo, vel à seipso vel ab alio.*

Hoc est, differens communiter est, quod accidente separabili differt à se, vel ab alio.

Vnde, Communis differentia est accidens separabile quo alterum ab altero, vel a seipso differt, vt sessio cursus, albedo parietis, &c. Facilè enim hæc separari ab ijs, quibus insunt, possunt: vt sessio & quies ab homine sedente & quiescente, sicut & albedo à pariete. Vtrūq; aūt (tā paries q̄ homo) differēs est cōmuniter.

Differens propriè sic describit Porphyrius:

* *Propriè differre alterum ab altero* dicitur,

dicitur, quod ab aliquo, inseparabili accidente, differt.

Hoc est, differens propriè est, quod accidente inseparabili differt à se, vel ab alio.

Quare, Differētia propria est accidens inseparabile, quo aliquid differt à seipso, vel ab alio: huiusmodi differentiæ sunt: albedo cygni, nigredo corui &c. Cygnus autem & coruus per formas dictas propriè differunt.

Differens magìs, seu potiùs, maximè propriè, describitur in hunc modum:

* *Magìs autem propriè alterum ab altero differt, quando specifica differentia differt.*

Hoc est, differens maximè propriè, est differens, quod ab alio differt, specifica differentia.

Differentia igitur maximè propria, est differentia specifica, qua alterum ab altero differt

Specifica autem differentia dicitur, quæ addita generi, speciem constituit, vt rationale, quod additum animali, efficit hominem. Homo autem per rationale, ab alijs rebus maximè propriè differt.

VSVS

Acceptionum differentiæ.

Præter eam commoditatem, qua distinguunt acceptiones, significationē vocis (differētia), ne ἐκ τῆς ὁμωνυμίας confusio in docendo oboriatur: etiam ad Definitiones & Diuisiones notitia earundem conducit, vt in cōtextu suo Porphyrius asserit, acceptionum

prædi-

prædictarum vſum atque vtilitatem oſtendens hun
in modum.

Secundum differentias facientes aliu (id eſt, ſecundum maximè proprias differentias. fiunt diuiſiones generis in ſpecies: & definitiones ex eis conſtituuntur, qua ſunt ex genere, atque huiuſcemodi dif ferentijs. Secundum differen tias verò alteratum ſolùm facientes (id eſt, ſecundum differentias communes & proprias *conſiſtit ſolùm alteratio, &c.*

ALIAE
Partitiones Differentiæ.

Inſtituit præter ſuperiùs dictam partitionem Porphyrius, aliam differentiæ diuiſionem, cum duabus ſubdiuiſionibus, quas hac tabella clarè ob oculos proponimus.

Differentiæ

Differentiarũ alia est.
- *Separabilis*, vt albedo parietis.
- *Inseparabilis*, vt Habitus scientiarũ ab hominibus eruditis difficulter tolluntur. Praeterea visibile & rationale ab homĩe.
  - *Per se*, & est omnis & sola differentia magis propria: Per se dicta quod in definitiõe essẽtiali collocetur.
    - *Aliæ sunt* diuisiuæ generum,
    - *Aliæ* constitutiuæ specierum.
  - *Per acidens*, & est omnis & sola differentia propria.

Membra distinguentia differentiam per se, non re ipsa sunt opposita, sed tantùm ratione.

Diuisiuæ vocãtur differẽtię, quòd genus diuidãt.

Constitutiuæ, quòd speciem constituant.

Porrò sunt dúntaxat octo diuisiuę & cõstitutiuę differẽtię in p̃dicamẽto substãtię, quas vulgò in scholis nominant, nescio an adhuc satis cõmodè: reliquas dicũt innomĩatas & incognitas, quòd simplices voces q̃bus explicẽtur nõ habeãt, vel omninò explicari nõ possint.

Corporeum.	*Incorporeum.*
Animatum.	*Inanimatum.*
Sensibile.	*Insensibile.*
Rationale.	*Irrationale.*

Vsus

VSVS
Posteriorum diuisionum Differentiæ.

Qualem acceptionum, talem & diuisionum posteriorum, assignat Porphyrius vsum.

Et opus (inquit) est his (loquitur de differẽtijs per se tã cõstitutiuis, quàm diuisiuis) ad generum diuisiones, & definitiones specierum: non illis, quæ sunt secundum accidens, siue separabiles sint, siue inseparabiles:

Sed hoc Porphyrio videtur addendum: differentiarum per se, vsum, propter ignorationem earum, rarissimum esse: longè autem frequentiorem propriarum & communium in omnibus rebus explicandis, quæ frequentissimè occurrant. Vndè descriptiones rerum sunt & diuisiones in accidentia. Itáque vt concedatur, ad res perfectè explicandas differentijs maximè propriis, vis maxima: aliarũ tamen vsus est multò frequẽtissimus in cuiusuis rei disputatiõe & explicatiõe.

DIFFERENTIÆ
Quatuor definitiones.

Accumulat postremo loco huius capitis Porphyrius quatuor definitiones Differentiæ maximè propriæ, quæ philosophico deseruit instituto, vndique ex varijs autoribus, quoscunque legerat, collectas, sicut erat initiò pollicitus se traditurum, quæ veteres Philosophi, & horum maximè Peripatetici, de doctrina quinque vocum scripserunt.

PRIMA DEFINITIO.

* *Differentia est, qua abundat species à genere.*

à genere.

Hoc eſt, Differentia eſt forma vniuerſalis alicuius ſpeciei, quam ſpecies illa, tanquàm eſſentiæ ſuæ partem, includit plus, quàm quoduis genus per talem formam diuiſum, vt rationale: hoc enim homo plus includit, quàm vel animal, vel quodcunque aliud hominis genus.

Animal item per ſenſibile, ſuperat corpuſanimatum cæteráque ſuperiora genera omnia. Dénique, & homo & animal, per animatum abundant à Corpore & Subſtantia.

Definitur autem hac definitione, tantùm differentia maximè propria, vt ſpecifica, hoc eſt, vt conſtitutiua eſt ſpeciei.

Nam aliæ differentiæ, quæ communes & propriæ dicuntur, ſicut à philoſophico inſtituto alienæ ſunt, ita hac definitione minimè continentur. Neque enim partes ſunt, ſpeciei eſſentiam cum genere efficientes, ſed ſpeciebus antè effectis & exiſtentibus adueniunt atque accidunt, vnde & accidentales vocantur.

Reijciuntur & genera à definitione: Genus enim, quanuis ſpecificæ eſſentiæ pars ſit, non tamen forma eſt ſpeciei, ſed potius materiæ ſubit rationem, vt in contextu ſuo docet Porphyrius.

SECVNDA DEFINITIO.

** Differentia eſt, quæ de pluribus, & differentibus ſpecie, in eo quod quale eſt, prædicatur.*

In quale (inquiunt) eſſentiale, vel (vt meliùs ex Porphyrio habet Boëtius) in eo quod quale quid eſt. Porrò definitur hîc dúntaxat, differẽtia generica, hoc eſt, generis effectiua, idque vt rationem habet Prædi-

cabilis. Si quis sibi differentiã, vt prædicabilis est, in generatim definitam cupiat, vt tam specificæ differentiæ, quàm genericæ competat, ille vel addat (a differentibus numero) vel omittat (differentibus specie) & hanc sibi descriptionem eligat.

Differẽtia est forma vniuersalis, quæ de pluribus prædicatur in quale essentiale.

Sic rationale de Socrate & Platone, itemque animatum, de animali & planta, prædicantur.

Prædicari in quale essentiale est appositè respondere ad quæsitiuum quale, quod de parte essentiæ inquirit.

TERTIA DEFINITIO.

Quæ de differentia maximè propria, vt differentia est, ac differre facit, datur.

** Differentia est, quæ diuidit ea, quæ sub eodem genere sunt.*

Hoc est, quæ eiusdem generis species inter se essentialiter distinguit: Rationale hominem distinguit à bruto essentialiter (sic enim loquuntur) quòd pars sit essentiæ hominis, non autem essentiæ bruti.

DEFINITIO QVARTA.

Verbis non sensu à præcedenti diuersa, & similiter data de maximè propria differentia, vt differentia est.

** Differentia est, qua differunt à se singula.*

Hoc est, qua aliquæ eiusdem generis species differunt essentialiter à seinuicem.

Submo-

SVBMONITIO.

Indicat in ſuo contextu Porphyrius, poſtremas duas definitiones definitum excedere, perficiendas autem eſſe adiectione particulæ (eſſentialiter) quam nos in earum expoſitione addidimus.

Verba eius ſunt: *Exactiùs autem perſcrutantes differentiam dicunt, non quoduis diuidentium ea quæ ſub eodem genere ſunt, eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe rei conducit, & quod eius, quod eſt eſſe rei, pars eſt.*

Ex quo Porphyrij loco eruditi quidã quintam conficiunt Differentię definitionem, omnium, vt dicunt, abſolutiſſimam veriſſimamque, nempè hanc:

Differentia eſt, per quam vnaquæque res eſt id quod eſt, valetque ad definiẽdum quid res ſit, atque rei pars eſt.

Vel ſi quis recepti interpretis verba malit:

Differentia eſt,

(Interpres)	Græca ſic habent.
Quæ ad eſſe rei cõducit: et quæ eius, quod eſt eſſe rei, pars eſt.	ὅπερ ἐις τό ἐιναι συμβάλλεται, καὶ τὸ τί ἦν ἐιναι, καὶ ὃ τοῦ πράγματος ἐςι μέρος.

Scholæ autem Quintam definitionem non faciunt: Verùm dicta accipiunt, vt duarum definitionum poſtremarum complementum, vt prius indicauimus.

VSVS

Differentiæ, ex dictis intelligitur.

De Proprio.

CAPVT IIII.

VSurpatur autẽ vox (Proprium Græcè ἴδιον) quatuor modis.

* *Primo modo proprium dicitur, quod soli alicui speciei accidit, & non omni.*

Hoc modo Medicinã, Grammaticam, Geometriam cæteráſque diſciplinas ſtudio atque labore partas, homini proprias adſerunt.

(Soli) excludit ſubiectum non ſubordinatum. Subiectum ſubordinatum vocant, quod interuentu alterius aliquid in ſe recipit, vel, cuius interuentu aliquid in alio recipitur. Huiuſmodi ſunt ipſarum diſciplinarum ſubiecta. Nam diſciplinę omnes primò ſunt in potentia intellectiua, illáque mediante in anima & poſtremò in homine.

Neque ob hoc non cõueniũt ſoli homini diſciplinę, quòd animæ eius, & intellectui competant, quum intellectus, & anima, ſubiecta ſint ſubordinata, quæ dictione (ſoli) non excluduntur.

* *Secundo verò modo, quod omni & non ſoli accidit.*

Sic aptitudo ad duos pedes habendos, homini propria eſt.

Accidere omni (id eſt, toti alicui ſpeciei) eſt conuenire alicuius ſpeciei cuilibet indiuiduo.

* Tertio,

Tertio, quod omni, soli, & aliquando accidit.

Quem modum, ad vitãdas Sophistarum cauillationes, sic intellige: Propriũ tertio modo dicitur, quod conuenit soli alicui speciei, & omni aliquando. Vt, soli homini canitiem accidere volunt, illiq; omni in senectute.

* *Quarto modo propriũ dicitur, quod soli, omni, & semper accidit.*

Vt risibile, & soli homini, & omni, & semper accidit. Aptitudinis enim gratia dicitur homo γελαστικὸς .i. risibilis (inquit Porphyrius in Communitatibus) non quòd rideat semper.

VSVS

Modorum Proprij.

Hi modi vtilem admonitionem continent, de abusu vocabuli (Proprium) ne quis fallatur. Neque enim semper eodem modo voce Proprij vtimur.

Deinde necessarium est, captum propriissimè proprium, quod quarto modo explicatur, à reliquis discernere posse. Illud enim & non alia, instituto maximè seruit, & inter quinque Porphyrij voces venit referendum. Neque aliud Porphyrio proprium prædicabile est, quàm proprium quarto modo, vt ex Communitatibus est manifestissimum, vbi plura discrimina Speciei & Proprij cùm recensuisset, subiunxit:

Ampliùs autem, quorum definitiones sunt differentes, & ipsa sunt differentia: Speciei autem et Proprij definitiones

nes sunt diuersæ. Definitio enim speciei est, esse sub genere, & de pluribus differentibus numero in eo quod quid est prædicari: Proprij verò, & soli, & semper, & omni adesse.

definitio ppri predicabilis 4.

Habet igitur Porphyrius quartũ proprij modũ p definitione Proprij, quod quartum est prædicabile.

DISCRIMEN
Proprij prædicabilis ab Accidente.

Proprium itáque (ex sententia quoque Porphyrii Communitatibus sub finem Isagoges) ab Accidente distinguendum est, hoc modo:

Proprium est, quod prædicatur accidentaliter, & conuersim.

Accidens, quod accidentaliter, & non conuersim, prædicatur.

Próinde risibile cõparatione hominis pprium esse, se cõparatione Ioannis aut animalis, cũ quo nõ reciprocatur, seu conuertitur, accidens esse rectè volunt eruditiores Philosophi.

Nemo enim (vt in primo Topicorum Aristoteles adseuérat) proprium dicit quod contingit alij inesse.

Et planè consentit Porphyrius cùm dicit:

Propriũ de vnica specie, cuius est proprium

prium, prædicatur. Conuersim enim prædicatur proprium de eo, cuius est. Et iterum: Propria conuersim prædicantur de his, quorum sunt propria.

Ita Porphyrius in Cõmunitatibus, inculcatque ibidem hæc sæpius, Quarè rectius est & Aristoteli & Porphyrio conformius, dicere proprij prædicationem de indiuiduis aut superioribus speciei cum qua conuertitur, esse quinti prædicabilis.

prædicatio p[ro]p[rii] de indiuiduis, q[ui]nti p[rae]dicabilis.

VSVS
Proprij prædicabilis.

Proprium, vt reliqua, ad Definitionem, Diuisionem, Demonstrationem, & Aristotelis κατη &c. conducit. Deinde etiam, quemadmodùm differentæ, ad species eiusdem generis discriminandas. Hominem etenim ab alijs separantes animantibus, dicimus: Animantium quædam ad nauigandum esse idonea (quod hominis est proprium) quædam non esse.

Prodest deinde proprium ad rerum differẽtias, quas maximè proprias desideramus vtcunque circumloquendas.

Circumloquimur enim differentias,
- Vel propria διαθέσει, seu, vt ita dicã, propensione: vt, Homo est animal syllogisticon, id est, quod ratiocinari potest.
- Vel etiã accidẽtiũ coaceruatione,

Vt, Ignis, est elementum calidum & siccum. Calor & siccitas accidentia planè sunt, sed quandam circunscribunt ignis differentiam, quam nondum humanæ mentis attigit imbecillitas fragilitásque, quæ nusquã euidentiùs, quàm in Differentijs appositè concipiendis aut nominandis, se prodit.

DISCRIMEN
Differentiæ & Proprij.

Cæterùm inter Proprium & Differentiam hoc interest: quòd hæc(vt ex dictis est manifestum) substantiam expleat, sitque pars rei: Proprium verò huiusmodi non est, sed propensio duntaxat, & aptitudo ad opus genuinum.

VT, PROPRIVM EST — APTVM ESSE

Asinorum	Rudere.
Boum	Mugire, boare.
Bubonum,	Bubulare. *In carmine quod*
Camelorum	Blaterare. Fest⁹. *(adscribunt*
Canum	Latrare. *Ouidio.*
Ciconiarum	Crepitare rostro.
Cornicum	Cornicari.
Coruorum	Crocitare.
Elephantorum	Barrire.
Gallinarum	Glocidare. Festus. Glocire. *Colu... 8. cap.* Pipare. *Varro in O...* *(nibus.*
Leonum	Rugire.
Ouium	Balare.
Passerum	Pipilare. *Catul: de passere Lesbiæ suæ.*
Ranarum	Coaxare.
Suis	Grunnire.
Vulpis	Gannire. Donatus.

Hæc, quia semper in risibili & hinnibili inculcando odiose heic hærere nonnulli solent, ex idoneis autoribus congerere placuit, in gratiam iuuentutis studiosæ.

De Accidente.
CAPVT VLTIMVM.

TRES
habet Porphyrius definitiones Accidentis.

Prima

PRIMA EST.

* *Accidens est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionem.*

Hoc est, Accidens est vniuersale, quod potest inhærere, & potest non inhærere, re vera, vel intellectu, subiecto manente saluo, quantũ ad essentiam spectat, vt, albedo, accidens est hoĩs, nigredo corui, & Aethiopis.

DIVISIO.

* *Accidentium aliud est* { *Separabile* / *Inseparabile.* }

Accidens separabile est, quod reipsa per potentiam naturalem à suo subiecto facilè separari potest, vt, albedo à pariete facilè separatur.

Accidens inseparabile est, quod reipsa difficulter, aut nullo modo, per potentiam naturalem, separari potest, vt, albedo à Cygno, & ab igni calor, reipsa separari non possunt. Huiusmodi tamẽ separat ratio, & peruidet non esse substantiæ partes albedinem, calorẽ, &c. cũ alijs corporibus alias adsint, alias adimatur. quomodo accidentis à subst. distinctiũ deprehẽdi poss.

SECVNDA.

* *Accidens est, quod contingit inesse & non inesse eidem.* Intellige vicissim, & præter subiecti corruptionem.

TERTIA.

* *Accidens est, quod neque est genus, neque species, neque differentia, neque* proprium

proprium, semper autem est in subie-
cto subsistens.

Hoc est, Accidens est vniuersale, quod alicuius co[m]paratione, neque genus, &c. semper autem, quan[do] existit, in subiecto existit.

Definitur hic Accidens, quod est quintum prædi[ca]bile, & solùm: Priores duæ definitiones etiam [pro]prium quarto modo admittunt. Nihil enim aufe[rt] sententiæ intellectus, qui Propria intelligit abesse, [pro]pterea quod in rei essentia non includantur.

V S V S
Accidentis.

Accidentia ad ea conducũt, ad quę propria, freq[uen]tissimè verò coaceruatione accidentium res defi[ni]mus, atque distinguimus, vt in descriptionibus di[ffe]rentijsque Plãtarũ, Gemmarũ, Animalium, Elem[en]torũ, similiumque rerum explicandis est manife[stum]. Deinde conducunt peculiariter Accidẽtia, ad disti[n]guenda singula inter se Indiuidua. Sic Menelau[s ab] Vlysse apud Homerum distinguitur: Quod ille [non] πολύμυθος, hoc est, non multiloquus, non ver[bosus] fuerit: Vlysses verò πολύμυθος, & copia dicendi mirabilis, fluminis instar hybernis aucti niuibus ruens. ¶ Sic inter Xenocratem & Aristotelem internosces, si ex vtriusque ingenio discrimina colligas: hunc enim peracuto, illum hebeti admodùm ac tardo fuisse ingenio, memoriæ proditum est.

Bre[uis]

Breuis & facilis omniũ ferè, quæ in Prædicabilibus hactenus tradita ſunt, pro memoria puerorum

TABVLA.

TABVLA.

DISCRIMINA VOCVM.

- 1 Indiuiduũ
  - Determinatũ
    - Ex noĩe, vt Socrat
    - Ex demonſtration, vt hic homo.
  - Vagum, vt aliqs homo
  - Ex hypotheſi, vt Sophroniſci fil: &c.
- 2 ſpecies
  - Ciuilis, vt ſpecies Priami.
  - Logica
    - Subijcibilis nõ prædicabilis, vt a & vocatur ſpẽs quoq; ſubalter
    - Prædicabilis
      - Nõ ſubijcibilis, vt rõn
      - Et ſubijcibilis ſimu quæ alias vocatur ſpe liſsima, ſeu infima, vt
- 3 Genus
  - Ciuile
    - Primo modo, vt cõſa gumei, vel cõterran
    - Secundo modo, vt pa rens vel patria.
  - Logicum
    - Generaliſsimũ, ſeu ſum mũ genus, vt Subſtati, Quãtitas, Qualitas, &c.
    - Subalternũ, ſeu interm diũ, vt aĩal, color, &c.
- 4 Differẽtia
  - Separabilis, vt albedo parietis.
  - Inſeparabilis
    - Per ſe,
      - Cõſtitutiua ſpeci
      - Diuiſiua generis.
    - Per accidens, vt riſibile. Item nigredo Corui, aut Aethiop

Prim

5 Proprium
- Primo modo, Soli non omni, vt Medicina comparatione hominis.
- Secundo modo, Omni non soli, vt, color cõparatione hominis.
- Tertio modo, Soli, & omni aliquando. Sic canitiem soli homini accidere volũt, illiq; omni in senectute.
- Quarto modo, Soli & omni, & semper, sic risibile homini conuenit.

6 Accidens
- Separabile, vt, dormire, sedere.
- Inseparabile, vt, nigredo corui.

TABVLA ALTERA De conuenientia & differentia prædicabilium.

Omnia prædicabilia de pluribus possunt prædicari.

Idq;
- In Quid
  - De differentibus specie: vt, Genus. Γένος.
  - De differẽtib' numero: vt, Species. Εἶδος.
- In Quale
  - Essentiale: vt. Differentia. Διαφορά.
  - Accidẽtale.
    - Cõuersim: vt, Propriũ. Ἴδιον.
    - Nõ Cõuersim: vt. Accidens. Συμβεβηκός.

VSVS

Doctrinæ Prædicabilium.

Præcipuè mihi conducere videntur omnes de qu[...] que vocibus traditæ hactenus præceptiones, ad iu[...] çandas vocum connexiones, hoc est, ad videnda[...] quæ quibus rectè iungi possint.

Quia omnes iustæ connexiones seu predicationes[...] uato communi naturæ ordine, congruunt ad aliqu[...] istorum modorum. Vt aut de indiuiduo species[...] de specie vel indiuiduo genus, aut differentia,[...] proprium, aut accidens prædicetur.

Et hinc sumitur discrimẽ de Predicationibus, qu[...] necesse est iunioribus in cõspectu esse, vt conside[...] quæ propositiones sint necessariæ, quæ non nece[...] riæ. Item, in quibus sermo sit proprius, & in quibus[...] guratus sit. Id discrimen nunc addam: paucis tal[...] lis, quàm simplicissimè & apertissimè in puerorum[...] rudium gratiam, explicaturus quid Prædicatio si[...] quomodo diuidatur.

DEFINITIO

Prædicationis.

Prædicatio generaliter definita, [...] propositio, in qua aliquid de aliqu[...] prædicatur.

Vt, Nestor est eloquẽs. Nouerca est iniusta. Marc[...] est Tullius.

DIVISIO

Prædicationis.

Vt propositiones, ita prædicationes partimur.

TABVLA I.

Prædicatio.
- Vera, quæ cum re quam affirm[...] aut negat, congruit, vt Vly[...] est facũd⁹, Dauus nõ est Oedip[...]
- Falsa, quæ à re dissentit.

Sed omn[...]

Sed omiſsis falſis, ſimiliter & negatiuis, duntaxat affirmatiuas veras partiemur. De illis enim ſolis Scholæ loquuntur, anguſtiſſimè prædicationem in hunc modum definientes:

Prædicatio eſt propoſitio categorica, affirmatiua, vera, præſentis temporis, quæ enunciat ſimplex prædicatum de ſubiecto ſimplici.

SVBDIVISIO
Prædicationis veræ.

TABVLA II.

Vera prædicatio	Regularis ſeu propria Figurata Inuſitata.

Propria eſt, quæ ſermone vtitur proprio, & vſitato: vt, Dilia eſt fluuius. Therſites eſt deformis.

De prædicatione propria, nobis in ſequentibus plurima dicentur.

Figurata, quæ ſermone improprio vtitur, nec ſententiam veram habet citra figuram.

Et hęc doctrina ex Grammaticis huc adferenda eſt.

Congruunt autem figuratæ prædicationes in interpretatione cum iis, quæ in ſermone proprio fiunt. vt, Tyrannus eſt lupus, hoc eſt, ſimilis eſt lupo. Homo bulla eſt, hoc eſt, bullæ ſimilis. Vtraque prædicatio cum prædicatione propria & regulari congruit, non in voce, ſed ſenſu atque interpretatione, quæ Accidētis eſt de ſubiecto.

Inuſitatam p̄dicationē hîc vocam⁹ propoſitionē de filio Dei, vt, De⁹ eſt homo. Verbum caro factum eſt.

Hæ nō congruūt ad regulares, vt aliôqui nō cōiūgim⁹ ſpecies diſparatas, vt aper eſt ceru⁹, albedo eſt ſon⁹.

Videndum eſt autem in hoc genere diligenter, quas propo-

propositiones sermo Ecclesiæ receperit. Non en dicimus in abstracto: diuinitas est passa, Quia hîc uina natura seorsum considerata significatur. Et trus inquit Christum passum esse in carne. hoc e natura humana. Sed in concreto admittitur p dicatio: Deus est passus, hoc est, hæc persona, quæ Deus & homo, est passa.

Sed relinquenda est inusitata huiusmodi prædica Theologis. Nos tamen consultò eam breuiter at gere voluimus, vt innueremus etiam ad profund inas Theologorum, aliorúmve doctorum homin disputationes intelligẽdas, huius prædicationum d ctrinæ magnum esse vsum.

DIVISIONES
Prædicationis propriæ.

Prædicatio sermone vtens proprio, multis diuidi modis: inter quos quum non sit certus aliquis & c tinuus ordo, nõ admodùm arbitramur referre, qu cui præponamus.

In primis.

TABVLA TERTIA.

Prædicationum propriarum alia est
- *Essentialis*, cuius prædica tum est de essentia subiecti, a contrà, vt, homo est animal, a mal est homo.
- *Accidentalis*, in qua præ catum nõ est de essentia subie nec contrà, vt, homo est risibil Cygn⁹ est albus. Albũ est cygn

SECVNDA
Eiusdem Diuisio.

Tab

TABVLA IIII.

Prædicationum propriarum Alia est.

Neceßaria, quę sic significat, vt rem se habere oportet. Necessariò cohęrent Species, Genus, Differentia & Proprium. Et propositiones ex his membris factæ, sunt necessariæ.

Contingens, quę ita significat, vtì res potest esse, & potest nō esse. Quales quidem sunt illæ propositiones, in quib⁹ accidētia de suis dicuntur subiectis, vt, Vinum est dulce, seu vinum est austerū. Déinde, vbi accidens prædicatur de accidente, vt, album est dulce. &c.

TERTIA
Eiusdem Diuisio.

TABVLA V.

Prædicationum propriarum Alia est.

Interna, in qua res principaliter significata per prædicatum, est in re principaliter significata per subiectum, aut contra, vt Coruus est niger, Nigrum est coruus. Dicitur autem res inesse vna alteri, quando vna est genus, species, differentia, proprium, aut accidens alterius.

Externa, in qua res principaliter significata per prædicatum, non est in re per subiectum significata, nec ediuersò, vt, homo videtur, paries videtur.

ADNOTATIO
In hanc Tabulam.

Additur (principaliter) quia prædicationes hæ non ſumuntur ex ijs, pro quibus prædicatum & ſubiectum accipiuntur, ſed ex proprijs principalibúſque ſignificationibus.

Monent hîc diligenter nonnulli, ad prædicationem internam non ſatis eſſe, rem prædicato ſignificatam in ſubiecto eſſe, ſed oportere vt denotetur ĩeſſe: vtrũque enim requiri ad prædicationem internam, ideóque non eſſe internam, Paulus auditur, tametſi res per prædicatum ſignificata, vtpotè auditio, in Paulo exiſtat. Non enim ſignificatur ibi eſſe magìs, quàm eſſe in campana cùm dico, Campana auditur, quę indubiè externà eſt.

QVARTA
Eiuſdem diuiſio.

TABVLA SEXTA.

Prædicationum propriarum Alia eſt
- *Ordinata*, in qua vniuerſale aliquod prędicatur de ſuo ſubijcibili, hoc eſt, de eo, cuius eſt vniuerſale, vt homo eſt animal. Atque hæc ordinata dicitur, quòd ipſius prædicatum aptiùs de ſubiecto prædicetur quàm eidem ſubijciatur, dicente Porphyrio. Nõ enim animal dixeris eſſe hominem, quemadmodùm hominem dices eſſe animal.
- *Inordinata*, in qua nõ prædicatur vniuerſale de ſuo ſubijcibili.

SVBDIVISIO
Prædicationis Ordinatæ.

TABVLA VII.

Prædicatio Ordinata diuiditur in prædicationes
- Generis,
- Speciei
- Differentiæ
- Proprij
- Accidentis.

Quæ

Quas nos vulgò primi prædicabilis, ſecundi, tertij, quarti, & quinti vocare conſueuimus.

Prædicatio primi prædicabilis eſt, in qua genus de ſua ſpecie, aut de eius indiuiduo prædicatur.

Vt homo eſt animal, Plato eſt animal.

Prædicatio eſt ſecũdi prædicabilis, in qua ſpecies de ſuo indiuiduo dicitur.

Vt, Bucephal' eſt equus, hoc rationale eſt rationale.

Monent Scholæ, ad prædicationem primi & ſecundi prædicabilis, ne falſa fiat, quædam eſſe obſeruanda.

In primis, vt prædicatum & ſubiectum ſimiliter aſſignentur, vel ambo in abſtracto, vel ambo in concreto, Vnde hę ſunt falſę: Album eſt color, albedo eſt colorata.

Deinde, ſi ambo ſint abſtracta, vt neutrum eorum ſit abſtractum, quod vocant vltima abſtractione. Nam huiuſmodi, neq; ſuperioribus ſubiici, neq; de inferioribus prædicari poteſt, Vnde hæ ſunt falſæ: humanitas eſt animal, Paulus eſt humanitas.

Tertiò, ſi ambo ſint concreta, vt non concernant diuerſa. Vnde hæc eſt falſa: videre eſt ſentiri. Videre enim concernit ſubiectum in quo eſt ſenſus. Sentiri autem ſubiectum circa quod verſatur. Sed dicendum erat, videre eſt ſentire, vel videri eſt ſentiri.

Nam actiua verba hæc, ſentio, video, audio, tango, & ſimilia concernunt ſubiectum inhæſionis, de quo & dicũtur prędicatiõe quinti. Vt homo videt. Paſſiua verò ipſis reſpondẽtia concernunt obiecta ſenſuum, de quibus dicuntur prædicatione externa. vt color

videtur. ſonus auditur.

Prædicatio tertij, in qua prædicatur conſtitutiua differentia de ſpecie conſtituta, vel eius inferiori.

Vt, brutum eſt irrationale, equus eſt irrationalis.

Dixi (differentia conſtitutiua &c.) Nam diuiſiuam de genere diuiſo ſolùm reductiuè prædicari prædicatione tertij affirmāt, vt animal eſt irrationale, Subſtantia eſt irrationalis.

Prædicatio quarti eſt, in qua propriũ prædicabile prædicatur de ſpecie cum qua conuertitur.

vt, homo eſt riſibilis, Elephas barrit, leo rugit, vt verba facultatem quandam naturalemq́ue potētiam deſignent, non autem opus, ipſumq́ue potentiæ actum. Porrò prædicatio proprij de Indiuiduis aut ſuperioribus ſuæ ſpeciei, vt Demócritus eſt riſibilis, Heraclitus eſt flebilis, Item, animal eſt riſibile, corpuſanimatum eſt flebile: aut reductiuè tantùm, quarti dicitur, aut rectiùs quinti prędicabilis ex ſentētia Porphyrij & Ariſtotelis priùs à nobis declarata.

Prædicatio quinti prædicabilis eſt, in qua accidens de ſuo ſubiecto enunciatur.

Vt homo eſt doctus, ignis eſt calidus

Hanc

Hanc quinti vniuersalis prædicationé, quæ omnium maxime intricata est, longéque iudicatu difficilima, consultius videtur in Categorijs per singula accidentium prædicamenta viua voce postmodùm explicare (Quantitatū prędicationes circa Quantitatis prędicamentum declarando: itémque reliqua suo loco) quàm nunc intempestiuè allatis huc sexcētis aliorum regulis, rem perplexam magis inuoluere.

Cæterùm mihi illud tantùm monendi hìc videntur studiosi, diligenter vt obseruare déinceps studeant, quibus rebus tanquàm subiectis accidentium vnumquodque inhæreat, quo perspecto, de prædicatione accidentis iudicare, nihil difficilè esse videtur.

DIVISIO

Prædicationis Inordinatæ.

Hactenus de ordinata prædicatione.
Nunc inordinatam paucis absoluamus.

TABVLA VIII.

Inordinata est duplex,

- *Inordinata* contra ordinem, quæ si conuertatur, ordinata fiet. Cuiusmodi est omnis illa, in qua subijcibile de suo dicitur prædicabili, vt, Substātia est homo, Equus est bucephalus. &c.
- *Inordinata* præter ordinem, quæ nec ordinata est, nec si conuertatur, fiet ordinata, vt, Ensis est gladius, Album est dulce, Amo est verbum, Participium est amans.

DIVISIO
Prædicationis Inordinatæ contra ordinem.

Inordinata contra ordinem in quinque diffunditur species, iuxta maximam Topicã: Quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis dicitur & reliquum.

TABVLA IX.

Inordinata contra ordinem	Primi. Secundi. Tertij. Quarti Quinti.	Prædicabilis.

Nam si conuersa efficiatur prædicatio Primi prædicabilis, dicetur Inordinata contra ordinem Primi: Si verò efficiatur Secundi, appellabitur contra ordinem Secundi.
Et item de alijs.

DIVISIO
Prædicationis Inordinatæ præter ordinem.

TABVLA

TABVLA X. ET VLTIMA.

Prædicationum inordinatarum præter ordinem Alia est

Identica, in qua idem prædicatur de seipso, sub eodem aut diuerso nomine: vt, Paulus est Paulus. Hic homo est Paulus. Tullius est Cicero.

Per accidens, est prædicatio duorum concretorum de seinuicem, non mutuæ habitudinis ratione, sed ratione tertij, in quo vtriusque significatũ reperitur: vt, album est dulce, calidum est siccum, frigidum est humidum, nouerca est iniusta, & itẽ de cæteris.

Extrinseca (seu potiùs externa) peculiariter à Scholis ea dicitur, in qua alterum extremorum prædicatur de altero, ratione mutuæ habitudinis, neutrum tamen est in altero. vt lapis intelligitur, paries videtur.

Diximus peculiariter externam hanc dici, nam & ea quę per accidens vocatur, externa est, cũ neutrum extremorum alteri insit: sed distinctionis gratia in docendo alterã per accidens, alterã extrinsecã vel externam Scholæ vocant.

ADNOTATIO
in hanc Tabulam de discrimine Prædicationis per accidens & externæ.

Animaduertendũ est, haud quaquàm temerè dictum fuisse, prædicationem per accidens esse duorum concretorum &c. Nunquàm enim abstracta aut alterum

abstractum, & alterum concretum, de seinuicem per accidens dicuntur. Hæ enim omnes sunt falsæ, Albedo est dulcedo, album est dulcedo, albedo est dulcis: licèt hæc fuerit vera, album est dulce.

Vndè patet discrimen prædicationis per accidens & externę peculiariter sic dictę, quũ hęc nõ solùm fiat in cõcretis: vt, coloratũ videtur, verùmetiam altero extremorum abstracto, vt, cùm dicimus: color videtur.

Est prætereà aliud illustre discrimen vtriusque, definitionibus etiam indicatum. Nam in prædicatione per accidens, nulla est extremorum inter se habitudo.

Dicta enim ob id est per accidens prædicatio, quòd eius extrema non sui ratione, sed solùm ratione habitudinis ad idem tertium, quod denominant, sibi mutuo attribuantur: Album enim & dulce denominant lac, lactis autem ratione sibi inuicem tribuuntur. Porrò in Prædicatione, quam peculiariter vocant externam, mutua semper extremorũ inter se habitudo est, quanuis neutrum sit in altero: quod in exemplis de hac prædicatione priùs datis apertè videre est.

Manifestum est enim, quòd intellectio, visio, & similia, sint in ipso homine, qui videt & intelligit: non in rebus quæ videntur & intelliguntur, vt huiusmodi. Est tamen specialis quædam habitudo rei visæ ad visionem, rei intellectę ad intellectionem, nẽpe habitudo obiecti ad actum, atque huiusce habitudinis ratione de se mutuo verè dicuntur.

VSVS

Prædicationis per accidens & extrinsecæ.

Hæ prædicationes amplissimum habent in Philosophia vsum, quòd Philosophi sit, vbique ea, quæ per se sunt, ab ijs quę sunt per accidens: quęq; interna sunt rei, ab ijs quę extra rẽ sunt, separare: quod & plurimũ in omni controuersia diiudicanda habet momẽti, ad

perspi-

perſpiciendũ quid propriè ad rei naturã pertineat, & quid extra cauſam dicatur. Ideóq; plures dictarũ prædicationũ modos adnotaſſe profuerit.

Et in primis tres ſunt modi prædicationis per accidens.

PRIMVS MODVS
Prædicationis per accidens eſt.

Quando differentia vna, verè prædicatur de altera differentia, vel de proprio, vel de accidente.

Vt, corporeum eſt animatum, flebile eſt rationale. album eſt inanimatũ. ¶ Aduerte hanc differentiæ de differentia prædicationem falſam eſſe, Corporeum eſt incorporeũ, quia hęc eſt falſa, Corpus eſt ſpiritus. Ex ſpeciebus enim conſtitutis, veritatem prædicationis vnius differentiæ de altera metiri oportet.

SECVNDVS.

Quando vnum proprium verè prædicatur de alio proprio, vel de differentia, vel de accidente.

¶ Vt, riſibile eſt flebile. rationale eſt flebile, iniuſtum eſt riſibile.

TERTIVS.

Quando vnum accidens prædicatur de altero accidente, vel de differentia, vel de proprio.

¶ Vt, album eſt dulce, corporeum eſt nigrum, riſibile eſt iniuſtum.

Quæret

Quæret aliquis, num omnes omninò prædicationes factæ secundum tres modos iam dictos, sint per accidens? Respondemus non esse, nisi vnica hæc regula si mul obseruetur.

Nunquàm prædicatio concretorum de seinuicem est per accidens, nisi concreta illa, sese ita habeãt, vt neutrũ eorum mutari poßit in abstractum, manente prædicatione vera.

Hæ igitur non sunt per accidens: album est coloratum, visiuum est sensitiuum, cùm hę verę sint, albedo est color, visus est sensus, vtróque concreto in abstractum mutato.

Rursum nec hę per accidens sunt: Superficiatum est album, Coloratum videtur, cùm verę sint hę, subiecto in abstractum mutato: Superficies est alba, Color videtur.

MODI PRAEDICAtionis externæ.

Nunc tẽpestiuũ fuerit & vtile ad exactiùs de vocũ connexionibus iudicandum, meliúsque externa ab internis, sicut oportet, dirimendum: modos etiam aliquot prędicatiõis, quam Scholę peculiariter externam vocant, addidiße.

PRIMVS MODVS Prædicationis externæ est.

Termini concretiui significantes actus potentiarum prædicantur de obiectis, seu in concreto seu in abstracto designatis, prædicatione externa,

Vt

Vt, coloratum videtur, color videtur, sonorum auditur, sonus auditur.

SECVNDVS.

Omnis propositio in qua prædicatur aut subijcitur vocabulum secundæ intentionis, est prædicatio externa.

Vt animal est prędicatum, subiectum est homo.

Homo subijcitur, corp⁹ est gen⁹, canis est ὁμώνυμον id est ęquiuocum.

Quę aũt à Dialecticis dicantur secundę intentionis vocabula, in edito à nobis nuper libello de Disputatione & Terminorũ acceptionibus, videre est apertè declaratum, vt minimè opus sit hîc quidquam de eis repetere.

TERTIVS

Oĩs déniq; externa illa prædicatio est, in qua adiectiua à proprijs nominibus (siue vrbium, siue regionum, siue hominum, &c.) deducta prædicantur.

Vt, Plato est Atheniẽsis, Erasm⁹ est Roterodamus, Porphyrius est Platonicus, Christophorus Longolius est Maglinanus. Christophorus Longolius est Ciceronianus.

Hæc hactenus: sed in vnam Tabellam, quæ de prædicationibus diximus, pro puerorum iuuanda memoria, paucis redigantur.

Tabula

TABULA.

DIVISIO 1

Prædicatio propria.
- Essentialis.
  - In Quid.
  - In Quale.
- Accidentalis, quæ duntaxat fit in quale.

DIVISIO 2

Prædicatio propria.
- Necessaria
  - Generis.
  - Speciei.
  - Differētiæ.
  - Proprij.
- Cōtingēs, — Accidētis,

DIVISIO 3

Prædicatio propria.
- Interna. Huiusmodi sunt omnes prædicationes vniuersalium.
  - Primi
    - Generis de specie.
    - Generis de īdiuiduo.
  - Secundi. — Speciei prędicabilis de Indiuiduo.
  - Tertij.
    - Differētiæ de Specie constituta, ciúsve, inferiori.
    - Huc reducenda est Differētię de genere diuiso, prædicatio.
- Externa generaliter dicta. Huiusmodi sunt oēs prædicationes per accidēs, & quę à scholis pecu

Vt Propositio, sic Prædicatio est,

- *Vera.*
  - … rimis diuidi modis potest, inter quos nõ est certus & cótinuus ordo.
  - *Figurata.*
  - DIVISIO 4 Prędicatio propria.
    - … ces iunguntur iuxta naturalis ordinis rationem. Poscit enĩ ille ordo, vt vel de Indiuiduo species, vel de specie aut de indiuiduo genus, differentia, proprium, aut accidẽs dicatur.
      - *Quarti.*
        - … qua conuertitur
        - Proprij de inferioribus illius speciei.
        - Proprij de genere illius speciei.
        - Has duas posteriores prędicatiões solũ reductiuè Quarti dicũt esse, aut veri' Quinti, ex sentẽtia Aristo. in Top. & Por. in Cõ.
      - *Quinti.* — Accidẽtis de subiecto inhęsiõis. Hęc Quinti vniuersalis p̃dicatio, cũ sit omniũ maximè intricata, iudicatúq; difficilima, meli' ĩ Categorijs suo loco viua voce explicabitur, q̃ hic scripto fieri potuit.
    - *Inordinata.*
      - Contra ordinẽ.
        - Primi
        - Secundi.
        - Tertij.
        - Quarti.
        - Quinti.
      - Præter ordinẽ
        - Identica.
        - Per accidẽs
        - Extrinseca, seu potiùs externa, peculiariter dicta.
  - *Inusitata.* Sed relictis inusitatis & figuratis, solas proprias diuidemus.
- *Falsa.* Sed omissis falsis, veras partiemur,

ad Prædicationes.

Omnibus prædicationibus iam dictis & tabella expressis, non inutiliter aliȩ quȩdā prȩdicationū species quas nonnulli sub figurata prædicatione comprȩhendunt, addi consueuerunt.

Nimirum prædicatio. { Caussalis. / Per concomitantiam.

Caussalis prædicatio est propositio, quæ secundū sermonis proprietatē est falsa, sed vera admittitur in sensu, quo caussa concipitur, quia res significata per vnū extremū, est caussa rei per alterum extremum significatæ:

Vt hæc, Ira est feruor sanguinis circa cor. Non enim ira (quæ est passio animi) est feruor seu ebullitio seu motus localis: sed admittitur dicta prȩdicatio hoc sensu: Ira est passio animi, quæ producitur ex vehementi concursu sanguinis ad cor.

Prædicationē per concomitantiam vocant propositionem, quæ secundum proprietatem sermonis est falsa, admittitur tamen vera, quia res significata per vnum extremum, denotatur cum re significata per alterum extremum, simul existere.

Vt, sanl

Vt, ſanitas eſt proportio quatuor humorum, id eſt, ſanitas concomitatur ſemper debitam proportionem, harmoniam, ſeu vnionem quatuor humorum in animali. Similis prædicatio eſt in diuerſis locis Ariſtotelis,& aliorum autorum inſignium.

Addunt præter hęc aliam poſtremò prędicationem, quam vocant, Excedentis de exceſſo: vt, corpuſanimatum eſt corpuſmiſtum. Item, brutũ eſt animal bipes.

Dicuntur autem voces ſe mutuò excedere, quando vna de aliquo ſubiecto verè adfirmari poteſt, de quo non alia: & rurſus poſterior hæc, de aliquo de quo non prior: dénique, de aliquo eodem ſimul verè prædicantur. Exẽpli gratia: datur corpuſinanimatum nõ miſtum, vt corpora ſimplicia, cœlũ, ignis, aër, &c.

Datur corpuſmiſtum non inanimatum vt, animalia & plantæ.

Poſtremò datur inanimatum & miſtum, vt lapis, ferrum &c.

Similiter, datur brutum quod non eſt animal bipes, vt aſinus: datur animal bipes, quod brutum non eſt, vt homo: datur dénique animal bipes & brutum, vt anſer, olor, philomela, & cætera.

Hæc de prædicationum diſcrimine ideò recenſui diligentiùs, vt vſus Prædicabilium magìs conſpiciatur. Et paſſim hæ diuiſiones in Logica repetuntur.

Reliqua, ſi quæ exacta illa Scholarum de Prædicationibus diſputatio deſiderare poſſit ampliùs, viua vox his cognitis facilè addiderit.

Nunc ad Prædicamenta accedemus.

Sequitur liber Logicæ secundus, qui Prædicamentorum inſcribitur.

LOGICES

LIBER SECVNDVS, quo Prædicamenta *explicantur.*

INitiò videtur obſeruãdum, quid agatur in Categorijs ſeu Prædicamentis Ariſtotelis.

Hinc quę ſit cauſſa inſcriptionis. Poſtremò, in quot Tractatus Liber diuidatur, dicendum.

Agitur ergò in Prædicamentis de ſimplicibus vocibus, res ſimplices ſignificantibus, per medias cogitationes: Res igitur, verba, & cogitationes habentur in Prædicamentis.

Nomẽ ſeu inſcriptio libri, Ἀριστοτέλους κατηγορίαι, id eſt, Prædicamenta Ariſtotelis.

Dictũ eſt & anteà de nomine (κατηγορία) Vel enim in genere eſt commemoratio, vel (vt in foro nomen vſurpatur) accuſatio. Et primùm ex foro nomina quędam ad artẽ dicẽdi trãſlata ſunt, quare, ſi (κατηγορία) quoque ex foro ad Scholas tranſlata ſit, id factum eſt eò, quòd ſicut in foro neceſſe eſt diſertè nominari crimen, vt, Verres eſt fur: ita iuniores rectè dicturi, propoſitiones planas & perſpicuas (vt veritas conſpiciatur, & proprijs verbis efferatur, ac vitentur præſtigiæ, & ludi ſophiſmatum) conſtituere diſcerent, & viderent, quæ vocabula quibus aptè, quibus ineptè iungantur, atque adeò, quæ de quibus prædicari poſſint aut non poſſint.

Ideò nomen κατηγορία hìc vſurpatur quaſi dicas, Prædicatio, vel vt vulgò dicũt Prædicamẽtum: quod eſt communiũ vocum, ad ſuum cuiuſque genus ſum-

mum, aceruatio, in qua cernitur, quæ vocabula qu
bus rectè cohæreant.

Suprà in quinque vocibus, speciẽ cum genere & d
ferentia cohærere fuit declaratum: hîc in Prędicame
tis, generum, specierum ac differentiarum varia pr
ducuntur exempla. Velut si quis generum multitu
nẽ quærat, in Prędicamẽtis reperientur: animal, arbo
flos, metallum, gemma, atque id genus sexcenta.

Si specierũ, Homo, equus, leo: Pyrus, fagus, quercu
Rosa, lilium, viola: Aurum, argentũ, plumbum: Ad
mas, sapphyrus, smaragdus, & aliæ innumerabiles.

Si differentiarum, corporeum, animatum, inanim
tum, sensibile & cæteræ rerum differentiæ.

Vetus autem inscriptio libri Prædicamentorũ fuis
dicitur, περὶ τῶν καθόλου λόγων, hoc est, de vniue
salibus, seu generalibus capitibus, ex quibus sumitu
oratio de qualibet materia: indicatque hic titulus ve
teres intellexisse in prædicamentis proponi distribu
tionem rerum pręcipuam, in quam intueri necesse si
quacunque de re dicatur.

Et, vt paulò altiùs repetamus rationẽ Prædicamen
torum, quidam censent prædicamenta esse nomin
statuum Rhetoricorum, hoc est, quædã signa, adeoq
filum quoddam, quo digeratur omnis artificiosa ora
tio. Sentiunt enim per omnia prædicamenta, quæ
cunq; res proposita fuerit, eundum esse, vt, si de vir
tute dicendum sit, dic primùm quid sit, posteà part
re, déinde qualis res sit, sítne potentia naturalis, affe
ctus, an habitus, &c. Et in hac sententia Quintilian
est cap: septimo libri tertij: Quam & si non improb
mus, tamen quia sic omnes voces sine discrimine p
omnia prædicamenta errabunt, sequi hîc non lube
Sed iuxta communem Scholarum consuetudine
singulis Kategorijs singulos ordines vocum assign
bimus, & tanquàm certum domicilium cuique vo
trademus, vt indè sumi vera definitio possit.

Vi-

VSVS
Prædicamentorum.

Porrò quam vtilitatem adferat Prædicamentorum cognitio, colligi poteſt ex his quę diximus. Nam præterquàm quòd non modo omnia vocabula, ſed omnium totius vniuerſitatis rerum naturas diſcernere, ſubſtantiaſque ab accidentibus, accidentiáque abſoluta à relatiuis diuellere doceamur in Prędicamentis, exhibetur etiam ſupellex definitionum. Cuiuſque enim vocis, de cuius natura dubitatur, definitio ex ſuo ordine, tanquàm ex ſua ciuitate petēda eſt. Conſtat autem in omni explicatione, primùm conſtituendas eſſe definitiones, & totam definitionum doctrinam maximè neceſſariam eſſe.

Hæc hactenùs de inſcriptione libri ac ratione atque vſu κατηγοριῶν ſeu prædicamentorum, nunc diuiſionem libri expediamus.

DIVISIO LIBRI.

Diuiditur pręſens liber in tres partes ſeu tractatus.

- Εἰς τὰ πρὸ τῶν κατηγοριῶν. In ea quę vulgò Antepręditcamēta vocantur.
- Εἰς τὰς κατηγορίας. In Prædicamenta.
- Εἰς τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας. In ea quę appellant Poſtprædicamenta.

Antepręditcamenta ſunt veluti præludia quędam ad eorum, quę de Pręditcamentis dicuntur, apertiorem intelligentiam plurimùm conducentia. Similis eſt ratio Poſtprædicamentorum.

Horum autem ſingulorum vſum ſuis locis diligenter commonſtrabimus.

Sunt ergò Antepraedicamenta tria. { Finitio. Diuisio. Regula.

Primi tractatus

CAPVT PRIMVM, explicans

Tres finitiones { AEquiuocorum, ὁμωνύμων. Vniuocorum, συνωνύμων. Denominatiuorũ, παρωνύμων.

DEFINITIO AEquiuocorum.

* *AEquiuoca dicuntur, quorum nomen solùm commune est, secundum nomen verò, substantiæ ratio diuersa.*

Hæc licèt possit & vocibus æquiuocè significantibus, & rebus sic significatis, citra absurditatem simodo accommodari, commodiùs tamen de rebus ὁμωνύμως significatis, intelligitur hunc in modum: AEquiuoca, quæ nominantur æquiuocata eiusdem æquiuocantis, dicuntur, de quibus aliquod nomen seu dictio simplex manẽs eadem, verè affirmatur, sed definitiones essentiales datæ de illo nomine, sunt diuersæ. Sunt igitur æquiuoca, significata æquiuoci (vt recentiores vocant) æquiuocantis.

AEquiuocum autẽ æquiuocans, dicunt vocabulum plures res diuersis rationibus notionibúsque significans. Huiusmodi æquiuocum est canis: Aequiuoca seu significata eius sunt, animal latrabile, sidus cœle-

de,

ste, & piscis marinus, quæ non significari secundum communem aliquam rationem aut conceptum vocis canis, in nobis experiri licet, dum aliam cogitationem seu conceptum nominis canis in mente formamus, quando audimus Lyciscam esse canem, quàm cùm Sirium aut piscem.

At verò siue Platonem audierimus esse hominem, siue Socratem, eadé manet significatio vocis (homo) quanuis diuersæ res sint significatæ, quia vna eademque notione res illę concipiuntur. Quare (canis) æquiuocum est: Canis verò latrans, & cœlestis, & piscis, eius sunt æquiuocata: sed non sic homo æquiuocum est ad Socratem atque Platonem, verùm omninò vniuocum: sicut & canis ad Lyciscam & Melampodem. Neque enim absurdum est, sed vsitatissimum, eandem vocem diuersorum comparatione, æquiuocum & vniuocum esse.

Ex dictis colligere licet, Aristotelis definitionem rebus quidé aptissimè tribui, sed relatis ad voces. Nam res per se (vt inquit Boëtius) nec æquiuocæ sunt, nec vniuocę, sed tantùm quatenùs vocibus significantur.

Præterea, ex interpretatione definitionis colligitur, dictionem, populus, (quę dum nunc arborem, nũc hominum collectionem designat, quantitatem primę variat syllabę) non esse nomen æquiuocum: sicut nec vocabulum hara, pro diuersis significationibus mutans spiritum. Vndè nec fallaciam ex hara, populo, aut huiusmodi factam, Aristoteles in Elenchis vocat ęquiuocationis, sed accentus.

DEFINITIO
Vniuocorum.

* *Vniuoca dicuntur, quorum & nomen commune est, & secundum nomen*

eadem ſubſtantiæ ratio.

Hoc eſt, Vniuoca, quę nominantur vniuocata eiuſdẽ vniuocantis, dicuntur, de quibus nomen aliquod verè adfirmatur, & ſecundum illud nomen eadẽ eſt definitio eſſentialis. Huiuſmodi ſunt, homo & brutum, de quibus verè adfirmatur nomẽ Animal, ſimiliter & definitio animalis, Corpuſanimatum ſenſibile.

Rurſus Petrus, Paulus, Cicero, Demoſthenes, Vergilius, Homerus, &c. vniuoca dicuntur ad hominẽ, communicant enim in nomine hominis, & etiam in eius definitione eſſentiali, quę eſt, Animal rationale.

Ad eundem modum Lyciſca, Pamphagus, Oribaſus, Dorceus, Melampus, Ichnobates, Hylactor, Lelaps, Arbolus, Leucon & id genus alia (de quibus tertio Metamorphoſeωs Ouidius in fabula Actæonis) vniuoca ſunt ad Canem, quia pręter communem illam appellationem canis, etiam definitionem eius nominis eandem habent. Sunt enim ex æquo Animalia latrabilia.

At æquiuocorum alia ratio eſt. Etenim de maſculo, qui inter oues ad generandã ſobolẽ tenetur, de machina bellica, de ſigno cœleſti, quod primum eſt in Zodiaco, vox quidẽ Arietis prædicatur, verùm ſecundũ illam vocem non eſt eadem aliqua omnibus ſubſtantiæ ratio: ſiue enĩ dixeris propterea dici arietes, quòd ſint Subſtãtiæ corporeæ, ſiue quòd Animalia irrationalia, ſiue quam aliam commentus fueris ſubſtantiæ rationem, erraueris. Neque enim dabitur ſecundũ nomẽ (aries) vlla eis definitio, neq; itẽ omnibus & ſolis ipſis, quæ dictæ ſunt definitiones, conueniunt. Nam ſidus cœleſte non eſt animal, neque igitur animal irrationale. Machina autem bellica nec animal, nec omnino ſubſtantia eſt.

FINITIO

Denominatiuorum.

* Denomi-

** Denominatiua dicuntur, quæcunq; ab aliquo, solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem.*

Denominatiua voce & significatione simul eiusdem denominantis, sunt concreta accidentaria, quę ab aliquo abstracto differunt solo fine, ita vt non principio, & secundum nomen, hoc est, ratione formæ per nomen abstractum designatę, habent prędicationem.

Sic adiectiua illa fortis & forte, sunt denominatiua eiusdem substantiui seu abstracti, fortitudo: & differunt ab eo sola finali terminatione, & ratione qualitatis per fortitudinem significatæ, prædicantur de subiectis suis, cùm dicimus: Hercules fortis est, Sampson est fortis.

VSVS

AEquiuocorum, Vniuocorum, Denominatiuorum.

Aristoteles tres proposuit definitiones, AEquiuocorum videlicet, Vniuocorum, & Denominatiuorum: eo consilio vt ex illis cognoscatur diuersitas vocabulorum simplicium. Nec obstat quòd duę priorés de rebus accipi soleant. Non enim dantur de rebus in se consideratis, sed, vt priùs ex Boëtio diximus, comparatis & relatis ad dictioné aliquã, illas significantem, quam in Dialecticorum phrontisterio vocant æquiuocum æquiuocans vel vniuocum vniuocans.

Innuit ergo Ariſtoteles nominum ſignificãtium triplicem eſſe differentiam:

Alia enim ſunt,

- *AEquiuoca dicta æquiuocantia.*
  - vt
    - homo { ad pictum / ad viuum } quę dicũtur hominis ęquiuocata.
    - canis { ad latrabilem / ad ſid° cœleſte } quę dicũtur canis ęquiuocata.
- *Vniuoca dicta vniuocantia,*
  - vt
    - homo { ad Ioannem / ad Petrũ. &c } quę dicũtur hominis vniuocata.
    - canis { ad Lyciſcam / ad Melãpodẽ } quę dicũtur canis vniuocata.
- *Denominatiua,*
  - vt { fortis / forte } quorũ { Denominãs eſt fortitudo. / Denominatum, Hercules, Sampſon, & alij fortes. }

Hæc autem vocabulorum ſignificantium diuerſitas vtiliter cognoſcitur, vt intelligam°, Aequiuoca ęquiuocè capta, non à prædicamentis modò, verùm etiam arte tota excludi.

Cuius ratio eſt, quia æquiuocè accepta vox, non vna quadam ac determinata contentum eſt ſignificatione. Quocircà oblato nobis quocũq; vocabulo, cuius prædicamentum deſideramus, in primis propriam & grammaticam illius ſignificationem inueſtigemus: & ſecundum eam, tali vocabulo ſuum prædicamentum aſſignemus.

Deinde hinc intelligitur, vniuoca omnia vniuocata, cum ſuis (vt vocãtur) vniuocantibus, eiuſdem eſſe categoriæ, & ſola vniuoca vniuocè capta in prædicamentis

mentis poni.

Prçtereà, denominatiua in eadem esse classe, cum suis abstractis & formis denominantibus.

Itáque si noris ad quod prædicamentum eruditio pertinet, noueris etiam ad quod eruditus, sitque tibi in cæteris idem iudicium.

Habet denominatiuorum definitio & aliam vtilitatem. Nam docemur, accidentia concretè, non abstractè de suis prçdicari subiectis, vt albedo, nõ abstractè, sed concretè de cygno dicitur, quia cygnus albus, non albedo esse, enunciatur. ¶ Præter hçc autẽ, trium iam expositarum definitionũ vsus est, atque vtilitas non parua, ad pleráque nimirũ obscuriora loca per vniuersam Logicam. vbi æquiuocorum, vniuocorum, denominatiuorum incidit mentio, facilè intelligenda.

Postremò, Triplex secũdũ prædicta, distinguitur prædicatio.

- *AEquiuoca*, in qua vox æquiuocè capta de aliquo suorum significatorum prçdicatur, vt, pictura est homo. Quç prçdicatio reijcitur à disciplinis.
- *Vniuoca*, in qua vniuocè accepta vox prædicatur de aliquo suorum significatorum, vt, Socrates est homo, homo est animal, homo est rationalis.
- *Denominatiua*, in qua denominatiuum prædicatur de re quam denominat, vt, homo est risibilis, homo est albus, color videtur.

Primi

Primi Tractatus

CAPVT II.

Duas Diuisiones explicans.

PRIOR DIVISIO.

*Eorũ quæ dicuntur,	*Alia secundum comple xionem dicuntur,*
	Alia verò sine cõplexiõ

Dici secundum complexionem: est, esse vocem co- plexam, qualis est hęc oratio, homo currit.

Dici sine cõplexione, est esse vocem incõplexã. H- iusmodi est hęc simplex dictio, homo. Breuiter, & crassa, quod aiunt, Minerua dixerit quis, cõplexa es- quę apud grammaticos docentur in Syntaxi: incom plexa verò, quę apud eosdem in Etymologia docẽtu

VSVS

huius Diuisionis.

In eum finem atque vsum adducitur diuisio hæc, in quem æquiuocorum & vniuocorum definitiones pa lò antè sunt adductæ. Nam monet nos complexa: Prædicamentis procul abarcenda esse: Incomplexa verò tantũ admittenda. Simplicium enim vocũ dun taxat in hoc Prædicamentorum opere habenda con sideratio est, non orationum.

DIVISIO

DIVISIO POSTERIOR.

Eorum quæ sunt,

Alia de ſubiecto quodam dicũtur, in ſubiecto verò nullo ſunt:
vt homo, animal, corpus &c.

Alia in ſubiecto ſunt, de ſubiecto verò nullo dicuntur:
vt hęc albedo, hæc grammatica &c.

Alia, & de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt:
Vt albedo, grammatica.

* *Alia verò, neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto dicuntur.*
vt Socrates, hic homo, hoc animal, hoc corpus.

Dici de ſubiecto, eſt prędicari de eſſentialiter ſubijcibili. Sic homo de Ioanne, Petro &c. albedo de hac & illa eſſẽtialiter dicitur. Eſſe in ſubiecto, eſt inhęrere accidẽtaliter, ſic enĩ loquũtur. Ariſ. aũt ita ſe explicat.

* *Eſſe in ſubiecto dico, quod cùm in aliquo ſit, nõ ſicut quædã pars, impoſſibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt.*

Hoc eſt, fieri non poteſt, vt ſit ſine ſubiecto. Proponitur enim poſtrema hac parte, propria quædam accidentis conditio, quæ eſt, ſeparatim à ſubiecto conſiſtere non poſſe: ſed eidem perpetuo quodam nexu penitiſſimè inhęrere, quãdiu in rerum extiterit natura.

Quod

Quod etiam tertię definitionis Accidentis in Prędicabilibus pars vltima indicabat. Sic in homine, velut in subiecto, est risibile. Non enim pars est hominis, & impossibile est ipsum sine homine esse. Itidem color in corpore est, vt in subiecto.

VSVS
Posterioris istius Diuisionis.

Hinc docemur, tum quę in eodem, tum quę in diuersis collocanda veniant prædicamentis. Ea enim quę de subiecto quidem dicuntur aliquo, in subiecto autem nullo sunt, & quę neque de subiecto dicuntur, neque in subiecto sunt, omnia ad idem prędicamentum pertinent, nimirum Substantię.

Eorũ verò quæ in subiecto sunt, & de subiecto nullo dicũtur, & item, quę nõ modò in subiecto sunt, sed de subiecto quoque aliquo dicuntur, aliqua quidem eiusdem sunt prędicamenti, vt quę inter se sunt genera, species, & indiuidua, vt color, albedo, hęc albedo: Plurima verò ad diuersa prędicamenta referuntur. Siquidem substantię vnicum prędicamentum est, & proinde omnes substantię, quotquot sunt, in id vnum reponuntur. At quia accidẽtium ordines sunt nouem, ideò accidentia pleraque omnia, ad diuersa prędicamenta pertinere dicimus.

Hic igitur est primarius huius diuisionis Vsus.

Porrò & obiter hinc discere liceat, quę substantiæ, quę accidentia existant. Nam quę in subiecto sunt, accidẽtia sunt, reliqua omnia substantię existunt, iuxta illam diuisionem entis, qua dicimus: Quicquid est in tota rerum vniuersitate, aut substantiam esse, aut accidens.

Tractatus

Tractatus Primi

CAPVT TERTIVM, ET *vltimum, Duas regulas explicans.*

PRIOR REGVLA.

** Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia etiam de ſubiecto dicuntur.*

Cuius ſententia à veteribus ſic declaratur: Si duarum rerũ vna prędicetur de altera, tanquam de ſubiecto ſeu eſſentialiter ſubijcibili, quicquid de eo, quod prædicatur, dicitur vt de ſubiecto, id etiã ita de prío dicetur ſubiecto. Alij ita reddunt: Quicquid eſt ſuperius ſuperiore, etiam eſt inferiore ſuperius, vt, ſi homo eſſentialiter eſt animal, & animal eſſentialiter eſt corpus, erit & homo eſſentialiter corpus. Similiter ſeſe habent ternarius, numerus, & quantitas: Rurſus, Grammatica, ſcientia, & habitus, atque ita in alijs prædicamentis.

Ex interpretatione patet, clauſulam illam (vt de ſubiecto) neceſſariò repetendam eſſe ſecundo loco ad id, quod dicitur in regula (quęcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur) Aliôqui enim falſa erit regula, dabiturque facilè exceptio in hiſce tribus, homo, animal, & quadrupes.

VSVS

Prioris regulæ.

Habet certè maximum vſum. Potiſſimùm autem ad Prædicamenta conducit. Rationẽ enim ac viam quam-

am quandam mõſtrat, qua deprehendamus, quid qu[...] ſuperiùs ſit: & quod in Finitionibus & Diuiſionibu[...] precedentibus diſcere cœpimus de vocibus ad idem Predicamentũ deducendis, id hac regula abſoluimu[...] Monemur enim, ea, quę ita de ſe predicãtur, vt regula probè intellecta preſcribit, ad eundem ordinem pertinere. Próinde nõ ſolùm eiuſdem ordinis ſunt ſubſtantiæ omnes, ſed & quęcunque ſub hanc regulam cadũt accidẽtia, vnius atq; eiuſdẽ inter ſe ſunt Prędicamẽti.

Indiuiduum igitur cum ſua ſpecie, generibus & differentijs eiuſdem ſunt claſſis.

REGVLA POSTERIOR.

* *Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ.*

Subalternorũ verò generum, nihil prohibet eaſdem eſſe differentias.

Hoc eſt, Omnium generum diuerſorum, & non ſubalternatim poſitorum, omnes ſpecies ſunt diuerſæ, & omnes differentię ſunt diuerſę: Aliquorum verò generum ſubalternatim poſitorum, nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, & ſpecies.

Expoſuimus prius membrũ vtrinque vniuerſaliter, nam alióqui non conſtabit membrorum oppoſitio, quam requirit propoſitio aduerſatiua.

Lectio regulæ variat, dum alij legunt τῷ εἴδη, alij in nominatiuo τὰ εἴδη, ſed eodem recidit.

Diuerſa genera ſunt quorum vnum non eſt aliud.

Non ſubalternatim poſita, quorum neutrum ponitur ſub altero, nec ambo ſub eodem tertio. Huiuſmodi ſunt

di sunt omnia diuersorum Prædicamentorum.

Hinc intellige, quę hîc subalterna aut subalternatim posita dicantur.

Eędem hîc species dicũtur, quæ habent cõmune genus, vel communem differentiam aliquam.

Differentiæ eędem, quæ idem genus diuidunt, vel eandem constituunt speciem.

Hinc intellige, quæ hoc loco diuersæ species, & quæ differentiæ diuersæ habeãtur. Exemplũ prioris partis regulę. Animalis & scientiæ, oẽs species, & differentiæ omnes, sunt diuersæ, & ita de alijs diuersorum Prædicamentorum generibus omnibus. Posterioris partis exẽplũ. Corporis & animalis, rationale & irrationale differentię sunt diuisiuę: iuxta hãc regulã, Quæcunq; differentia diuisiua est inferioris, eadẽ quoq; superius diuidit. Eorundem autẽ, corporeum est constitutiua differentia, secundum alteram regulam: Quæcunque constitutiua est superioris, eadem quoque constituit inferius, licèt non immediatè: sic corporeum, animal constituit mediante corpore & corporeanimato.

Aduerte, quędam esse genera subalternatim posita, seu mauis eiusdem Prędicamenti, quę nullam differentiam aut speciem eandem habeant: vt, corpus & spiritus, Animal & spiritus, Habitus & figura. Et próinde posterior pars à nobis sensum reddentibus, particulariter intelligebatur.

VSVS
regulæ posterioris.

Hæc regula videtur ab Aristotele adhibita, vt ostenderetur habitudo tam eorũ, quæ sunt in diuersis Prædicamentis, quàm quę sunt in eodem. Prior enim pars regulæ exhibet habitudinem rerum in diuersis Kategorijs collocatarum. Posterior, rerum eiusdem Kategoriæ. Déinde per eam docet Aristoteles Prædicamentorum naturas esse impermistas, summaque rerum genera inter se diuersa esse, diuersásque illorum

species

species & differentias omnes. AEquiuocè autem accipitur corpus, vt species est Quantitatis & Substantiæ. Similiter & rationale, vt differentia est animalis diuisiua, & vt Scientiā diuidit. Quod facilè fuerit declarare.

His, quæ Antepredicamenta vocātur, ad hunc modum vtcunque enarratis, ad ipsa iam Prędicamenta cum Aristotele accedamus.

TRACTATVS

SECVNDI CAPVT I.

Generalis Prædicamentorum DIVISIO.

* *Eorum, quæ secundum nullam complexionem dicūtur, singulum, aut substantiam significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quādo, aut situm esse, aut habere, aut facere, aut pati.*

Diuisum accipitur pro vocibus simplicibus in aliqua prædicamentali serie collocatis. Neque enim omnibus vocibus, etiam si sint simplices, in prędicamento locus est. Sex enim vulgò ab omnibus excluduntur, quæ hisce versibus includunt:

Com-

Complexum, consignificans, fictum, polysemum.
Vox Logicę, vox transcendens, sunt bis tria cūcta.

VSVS DIVISIONIS.

Explicatur per eam numerus Prædicamentorum.

Numerus Prędicamentorū.

οὐσία.	Substantia,	vt homo, equus.
ποσόν.	Quantitas,	vt bicubitū, tricubitum.
ποῖον, ἢ ποιότης.	Qualitas,	vt albedo
πρός τι.	Ad aliquid,	vt duplum, maius.
ποιεῖν.	Agere,	vt secare, vrere.
πάσχειν.	Pati,	vt secari, vri.
ποῦ.	Vbi,	vt in foro, in Lycio.
ποτέ.	Quando,	vt heri.
κεῖσθαι.	Situm esse,	vt sedere, iacere.
ἔχειν.	Habere,	vt calceatum esse.

Aduerte Prædicamentorum nomine aliquando quidem ipsos ordines seu classes rerum intelligi, vt cùm vocem aut rem aliquam huius aut illius esse Prędicamenti affirmamus.

Hic verò ipsa summa rerum Genera intelliguntur. Non enim series Prædicamentales, sed omnium ordinum capita recensemus.

Insuper aduerte Prædicamenta ita distingui, quòd vnicum sit Substantię, reliqua Accidentium. Rursum, Accidentium duo absoluta sunt, cætera relatiua, de quibus ordine nunc est agendum.

De Prædicamento *Substantiæ,*

CAPVT II.

DEFINITIO *Substantiæ.*

Substantia est res per se subsistens, ac-

 cidenti-

cidentibus subiecta.

Est enim Substantia omnium perfectissima, & ba atque fundamentum cęterorum. Vndè etiam rectè ea, postpositis Accidétibus, orditur Prædicamento rum tractationem Aristoteles, secutus naturæ ordinem, quo, teste Boëtio, Substantia cætera anteced. Per se subsistere opponitur illi, quod est esse per aliud quomodò accidentia in suis existunt subiectis.

DIVISIO.

* Substantiarum alia est { Prima substantia. / Secunda substantia.

Paucis, Prima substantia est substantia singularis, Ioannes, Paulus, Socrates, Plato: Secũda substantia, substantia vniuersalis, homo, animal, corpus animatum, corpus &c. Aristoteles autem his verbis indicat dictorum descriptiones.

DEFINITIO
primæ Substantiæ.

* *Substantia, quæ propriè, principaliter & maximè dicitur, est, quæ neque de subiecto dicitur, neq; in subiecto est.*

In qua definitione totum hoc, Substantia quæ propriè, principaliter. &c. περίφρασις est definiti, hoc est, primæ substantiæ. Vbi tria illa, propriè, principaliter & maximè, pro ijsdem & se mutuò interpretantibus

bus Faber habet, licèt alij acutè distinguere nitantur. Ratio autem quare huiusmodi substantiæ dicantur primæ, hæc est, quia non solùm accidētibus sed etiam secundis substantijs subiacent, ipsis autem nihil. Eadem est ratio, quare dicantur & maximè, & proprijssimè substantiæ, vt pulchrè Aristoteles explicat his verbis:

,, Prætereà primæ substantiæ, quia cæteris omni-
,, bus subiectæ sunt, & cætera omnia aut de eis præ-
,, dicantur, aut in eis sunt, ideò maximè substantiæ
,, dicuntur. Et paulò pòst: Primæ substantiæ, quia
,, omnibus alijs substant, proprijssimè substantiæ di-
,, cuntur.

DEFINITIO
secundæ Substantiæ.

Secundæ substantiæ dicuntur species, in quibus illæ, quæ principaliter substantiæ dicuntur, insunt, hæ quidem, & harum specierum genera.

Hæc verba, ex quibus definitio secundarum substātiarum colligitur, ad declinandas sophisticas obiectiones, sic interpretare: Secundæ substātiæ sunt, quarum vnaquæque est species aut genus, in quo principales substantię insunt. Insunt, inquam, eo modo, quo inferiora suis inexistunt superioribus. Sic in homine & animali, insunt Demosthenes, Cicero, & alij singulorum hominum: sunt enim hæc, illorum inferiora.

Diuisionem substantiarum, subiecta oculis figura monstrat.

SVBSTANTIA

- Spiritus
  - Vriel,
  - Michael,
  - Raphael,
  - Gabriel &c.
- Corpus
  - Corpus aīatum
    - Animal
      - Brutum
        - Auis
          - Philomela
          - Olor
          - Anser
          - Bubo
          - hic,
        - Animal quadrupes
          - Equus
          - Leo
          - Porcus
        - Piscis
          - S.
          - G.
          - R.
        - Animal reptile
          - Serpe
          - Basil
          - Pulex
      - Homo
        - Stephanus,
        - Ioannes
        - Katarina.
    - Planta
      - Arbor
        - Quercus
        - Malus
        - Corylus.
      - Frutex
        - Genista
        - Vepres
        - Arundo.
      - Herba
        - Beta
        - Thymus
        - Hyßopus
  - Inanimatū
    - Simplex
      - Elementum
        - Terra
        - Aqua
        - Aer
        - Ignis
      - Cœleste
        - Firmamentum
        - Cœlum Iouis
        - Cœlum Lunæ, &c
    - Mistū
      - Lapis
        - Silex
        - Iaspis
        - Sardonix, &c.
      - Metallū
        - Aurum
        - Argentum
        - Ferrum, &c,
      - Horum media
        - Gluten
        - Gummi
        - Sulphur, &c.

Hic est ordo substantiarum, vndè, cùm inciderit aliqua de Substãtia disputatio, definitio colligenda est: & pręcipuè genera in definitionibus sumuntur ex hac tabella.

Ab hoc ordine exclusas non vult in suo contextu Aristoteles substantiarum partes integrales, vt sunt pedes, manus, pectus, caput &c.

ADMONITIO.

A recitata modò substantiarum tabula priusquàm digrediamur, tempestiuè admonẽdos putauimus studiosos, vt qui perfectè vocum ac rerum naturales cognoscere habitudines, ipsarumque, vt oportet, discernere connexiones seu prędicationes (de quibus in fine libri primi diximus) velint, omnes omnium Kategoriarum, & præsertim prędicamenti Qualitatis figuras, ad seuerum vnguem ediscere studeant.

SEX,

quas vocant, Substantiæ proprietates.

PRIMA.

* *Commune est omni substantiæ in subiecto non esse.*

Omni Substantię conuenit, esse, non autem in subiecto aliquo, cui velut fulcro niteretur, sicut accidentia, quę tantùm habent esse in subiecto.

„ Non est autem hoc Substantię proprium (inquit
„ Aristoteles) sed & Differentiæ competit.

SECVNDA.

* *Inest autem secundis substantijs &*

differentijs vniuocè prædicari.

Prędicari vniuocè, est nomine & ratione dici. Neque rursus hoc Substantię proprium est. Nam non competit substantiæ omni, non enim primæ. Neque iterum soli, quia etiam differentijs tribuitur. Ob hoc nanque vnà cum substantijs, differentiarum simul mētionem ingessit Aristoteles.

Vera lectio principij huius proprietatis, sic habet.

Υπάρχει δὲ ταῖς οὐσίαις, καὶ ταῖς διαφοραῖς, τὸ, πάντα συνωνύμως ἀπ' αὐτῶν λέγεσθαι.

Πᾶσαι γὰρ αἱ ἀπὸ τούτων κατηγορίαι, ἤτοι κατὰ τῶν ἀτόμων κατηγοροῦνται, ἢ κατὰ τῶν εἰδῶν.

Hoc autem substantijs differentijsque insitum est, vt vniuocè ab ipsis dicātur omnia. Nam quęcūque ab his prędicata sumūtur, om aut de indiuiduis dicuntur, aut de formis.

Hunc sensum vetusti sequuntur interpretes.

TERTIA.

* *Omnis substantia videtur hoc aliquid significare.*

Vocem aliquam videri significare hoc aliquid, est talem vocem habere insitam sibi caussam, propter quam potest judicari, quòd ipsa principaliter substantiam aliquam singularem animo repræsentet.

Sic autem verè & indubitatò (inquit Aristoteles) hoc aliquid significant voces primarum substantiarū. Reliqua autē (vt secūdę substantię, differentię: cōcreta accidentia) videntur hoc aliquid significare, τῷ σχήματι τῆς προσηγορίας, figura appellationis seu nominationis. Hoc est: caussa, quamobrē videantur sin-

tur singularem substantiam significare, est, quia substantia singularis, vt suo nomine, ita etiam nominibus secundarum substantiarum, differentiarum, & accidétium concretorum appellatur. Vt, hic homo non solum Socrates appellatur, sed homo, aíal, corpus, &c. Præterea, rationis particeps, sensibilis, corporeus Déniq; deformis, caluus, patiens, sapiētissimus. &c.

Constat ex dictis, proprietatem omnibus substantiarum vocibus tributam esse, neque solis tamen substantijs conuenire, sed vniuersaliter vocabulis omnibus, quæcunque verè adfirmantur de prima substātia.

QVARTA.

** Inest autem substantijs, nihil esse contrarium.*

Nullæ substātiæ ratione proprię naturę contrariantur, vt, ignis aquæ non est contrarius, si essentiam cōsideres: quòd autem esse huiusmodi aliquando dicantur, fit propter qualitates contrarias, quæ in ipsis insunt. Porrò non contrariari (teste Aristotele) non est substantię proprium. In plerisque enim alijs rebus hoc cernitur, veluti in Quātitate, Nihil enim longo duos tréSue cubitos contrarium est, neque decem, nec cuiquàm generis eiusdem. Vsitatum est Logicis, contrarietatem propriè qualitatibus inter se pugnantibus tribuere, vt dicetur in Postprędicamentis.

QVINTA.

** Videtur autem substantia, non suscipere magis & minùs.*

Nulla substantia cum aduerbijs magìs & minùs prędicari potest.

Quod quomodò intelligendum ſit, ipſe ſatis declarat Ariſtoteles his verbis:

Λέγω δὲ οὐχ ὅτι οὐσία οὐσίας οὐκ ἔσι μᾶλλον κ̀ ἧττον οὐσία (τοῦτο μὲν γὰρ εἴρηται ὅτι ἐσίν) ἀλλ᾽ ὅτι ἑκάςη οὐσία, τοῦθ᾽ ὅπερ ἐσίν, οὐ λέγεται μᾶλλον κ̀ ἧττον.

Non nego, ſubſtātiā ali alia magis minuſue ſubſtātię nomē ſibi vēdicare (qu enī iā cōceſſū eſt) ſed hoc volo, nulla ſubſtātia, hoc ipſum quod eſt, magis aut minùs dici.

Οἷον εἰ ἔςιν ἡ αὐτὴ οὐσία ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἔςαι μᾶλλον κ̀ ἧττον ὁ ἄνθρωπος, οὔτε αὐτὸς ἑαυτοῦ, οὔτε ἕτερος ἑτέρου.

Vt homo, qui ſubſtantia eſt, nō erit magis minuſue homo, ſiue ſecum ipſe, ſiue cum alio conferatur.

Οὐ γάρ ἐσιν ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον ἄνθρωπος: ὥσπερ τὸ λευκόν ἐςιν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον κ̀ ἧττον λευκόν: κ̀ καλὸν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον κ̀ ἧττον καλόν.

Non enī eſt alter altero magis homo: ſicuti tamē aliud alio magis & minùs albū dicitur, & magis minùſque honeſtum.

Καὶ αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλον κ̀ ἧττον λέγεται: οἷον τὸ σῶμα λευκὸν ὂν, μᾶλλον λευκὸν λέγεται νῦν ἢ πρότερον. Καὶ θερμὸν ὂν, μᾶλλον θερμὸν κ̀ ἧττον λέγεται.

Quinetia idem eiuſmodi, ſecū cōparatū, nūc magis, nūc minus dicitur, vt, corpus quod albū eſt, nūc quam antea, albi' dicitur: & quod eſt calidū, īterdū calidius, interdum minus calidum vocatur.

Η δέγε οὐσία, οὐδὲν μᾶλλον οὐσια λέγεται, οὐδὲ ἧττον

At verò ſubſtātia, magis minúſue ſubſtantia haud nominatur.

Οὐδὲ γὰρ ὁ ἄνθρωπος, μᾶλλον νῦν ἄνθρωπος ἢ πρότερον λέγεται, οὐδέγε τῶν ἄλλων οὐδὲν, ὅσα ἐστὶν οὐσία.

Nō enī hoīem magis hoc tēpore, q̄ pri', hoīem dixeris: nec aliorū qcquā quę ſubſtātiæ nomē obtinēt.

Ωςε οὐκ ἂν ἐπιδέχοιτο ἡ οὐσία τὸ μᾶλλον κ̀ τὸ ἧττον.

Hinc efficitur, ſubſtantiam illud magis & minùs recipere non poſſe.

Hæc

Hæc eò addere necessum fuit, quia si vsquàm, hic sanè partim Typographi vitio, partim aliàs, corrupta Scholaru est versio, nūc perperā addēs, nūc integras Aristoteli lineas temerè subducens, quod vel mediocriter eruditꝰ & attētus lector facilè aduertерit, grçcis, quæ hic ad manum damus, cum nostri contextus vltima (qua eximiam correctionem Typographus pollicetur) editione collatis. Sic enim habet:

*Nec dico substātiam ← —— à substando) nō suscipere magis aut minus, cum diximus prius hoc ita esse: Sed dico quod vnaquæque substantia hoc ipsum quod est, non dicitur magis aut minus substantia, vt homo non magis aut minus est homo se aut altero. Nihil enim nunc magis homo est quam prius, * aut vnum altero magis album dicitur: Similiter calidum, aut bonum. Non suscipit igitur substantia magis aut minus.*

← redūdat, & ab Aristotele alienū est, apud quē οὐσία nō dicitur à substando.
** multa desūt in his posterioribus lineis.*

Hactenus ex Aristotele in gratiam studiosorum.

SEXTA.

* *Maximè autem substātiæ proprium esse videtur, cùm vnum & idem numero sit, esse susceptibile contrariorum.*

Maximè proprium dicit (si Fabro Stapulensi creditur) quòd inter reliqua propria de Substantia discussa, vnicum istud soli cōpetat substantiæ, & si non omni: cæterarum proprietatum nulla in solam substantiam cadat, vt ex dictis est manifestum. Quod autem alijs conuenit, non tam proprium, quàm commune est dicendum.

cendum. Sic ille. Alij aliter sentiunt, sed nó est no instituti subtiles sententias conuerrere.

Sola igitur substantia vicissim contraria suscip potest, tanquàm eorum subiectum vltimum, quod delicet vlteriùs in alio non est. Cuiusmodi subiect non est superficies, Est enim in substantia.

Homo autem subiectum vltimum est albedin nigredinis, caloris & frigoris, eáque secūdum su tationem vicissim suscipit, vnus idémque man Similiter aqua, quæ licet vna eadémque manet a men nūc calorē, nūc frigiditatē, nūc dulcedinē, n amaritudinem, nunc spissitudinem, nuc tenuitat contrarias inter se qualitates, recipit.

Oratio autem & opinio (teste Aristotele) non contrariorum susceptiuę, quemadmodùm substar Nam substantię permutantur ex eo, quòd cont recipiant, vt cùm quis ex sano fit valetudinari tio autem & opinio, tametsi videantur quoque pere contraria, non tamen sui, sed alterius mutat Res enim mutantur, non oratio aut opinio ipsa; nunc vera nunc falsa dicitur.

Sed nunc tempus & otium non est, dicta ad vi resecandi, in quibus acutè excutiendis mirum sudarunt quorundàm plùs satis curiosa ingenia tanda nimia subtilitas. Video enim artem hanc, scriptores nimium student argutijs, & ad viuum nia resecant, obscuratam esse, vt verè dictum sit.

Crede mihi sapere est, non nimium sapere.
Et apud Terentium:

Faciunt nę intelligendo, vt nihil intelligant.
Nos ad vsum, potiùs, dictorum transeamus.

VSVS
proprietatum Substantiæ.

Vt exactiùs distinctiúsque Substantiæ naturam

cer

ceret, proprietates has adduxit Aristoteles, quæ certiorem plenioremque ipsius cognitionem facerent, quandoquidem per veram definitionem, qua summa genera oīa carēt, Substātię notitiā assequi nequimus.

De Quantitate,

CAPVT III.

Consilium Aristotelis diligenter cōsiderandum est, qui post Substantiam statim mentionē fecerit numerorum & magnitudinum. Magnitudo enim in substantia corporea ita hæret, vt nunquàm prorsus eam substantia corporea exuat: at multæ qualitates amittuntur. Numerus quoque substantias mox comitatur: & res quaslibet, primùm discernimus ac ordinamus numeris. Et nisi numerorum notitia mentibus humanis esset insita, horribiles tenebræ essent. Verū nulla eloquentia vtilitatem numerorum satis exponere potest. Sed à descriptione Quātitatis hoc caput ordiamur.

FINITIO
Quantitatis.

Quantitas est, secundum quam aliquid dicitur quantum, vel aliqua dicuntur aliquot.

Secundum quantitatem continuam, de qua posteà, aliquid dicitur quantum: secundum numerum aliqua dicuntur aliquot. Neque enim à numero solemus dicere res quantas. Nam eum, qui tres minores digitos hodie amiserit, fatemur tantos seruasse digitos, quantos perdidit, hoc est, tam magnos, nimirum referentes significationem adiectiui (quantus) ad

solam-

solam continuam quantitatem. Verùm hanc disp-
tationem Grammaticis relinquamus.

Et quia Quantitati propriè conuenit mensurare
diuidi, poterit his quoque modis Quantitas aptè d-
scribi:

Quantitas est substantiæ mensura.

In quantitatē enim quadrat, per se mēsurare subst-
tiam, secundum extensionem, durationem, & m-
tudinem. Rursus

Quantitas est res per se diuisibilis partes, vel extensas, vel duratione s- cedentes, vel discretas siue multas.

Alia igitur, à quantitate aut omninò diuidi ne- unt, vt substantiæ incorporeæ, &c. aut per accid- seu ratione quantitatis secantur.

Sunt & alia duo Quantitati propriè conuenie- tia, vt esse æquale vel inæquale, esse finitum vel inf- tum. à quibus etiam facilè similes formātur ipsius d- scriptiones.

DIVISIO

Quantitatis.

Quantitatis duas ordine Aristoteles recenset diui- siones.

PRIOR EST.

*Quātitatis	*aliud Continuum*
	aliud Discretum.

Hoc

Hoc est, Quantitatis aliud inferius est Quantitas continua, aliud Quantitas discreta. Sicq; intellecta, diuisio generis est in species.

FINITIO
Quantitatis Continuæ.

Quantitas continua est quantitas, cuius partes integrales copulantur ad terminum communem.

DIVISIO
eiusdem.

Species quãtitatis continuæ:	Linea Superficies Corpus Tempus	Cui⁹ partes copulantur	ad pũctum. ad lineam. ad supficiẽ. ad instans.

LINEA est lõgitudo sine latitudine & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. Sciant autem iuniores, non dici hæc de linea picta, sed mente cogitanda est sola longitudo, abstracta à corporibus, vt Mathematicus considerat quantitates sine materia. Huius vt specimen aliquod exhibeamus, finge animo rem atomam longè illis puluisculis, quos in solaribus radijs volitare cernimus, subtiliorem, in longitudinem ex alto in decliue tendi, vel econtrario, & quod relinquitur, erit linea, sola videlicet longitudine sectilis. Similiter imaginare superficies & corpora huius Prædicamenti.

SVPERFICIES est longitudo & latitudo sine profunditate.

CORPVS est lõgitudo, latitudo, & profunditas. Sciãt & hoc loco, corpus in Substantia aliud significare, aliud

aliud in quantitate.

CORPVS in ſubſtantia ſignificat ré, quæ habet teriam. vt, cœlum. elementa, aut miſta ex elem Sed in quantitate corpus ſignificat magnitud ſecundum quam materia longa eſt. lata & pro

TEMPVS eſt menſura durationis rerum. Fr ſopho, 14. de Auſcultatiõe Phyſica lib. ita deſcr.

Tempus eſt numerus motus, per ip prius poſteriuſue.

Cuius explicatio illo loco eſt requirenda. huius ambiguitatis: An tempus ſit ſpecies in an genus. Illud ſatis conſtat, terminos h hora, dies, menſis, annus, olympias ſeu luſtru culum, & cæteros, certam temporis durationem ſignantes eſſe inter ſe, & cum tempore, quantum principalem attinet ſignificationem, ſynonyma non niſi connotatione quadam differre. Neque e eſſentialis ſpeciei diſcrimen habent, hora & dies nec pedalis linea, & bipedalis, quum ex illis hæc ponatur, ſicut ex multis guttis integra aqua. R quas autem quantitatis cõtinuæ ſpecies, lineam, perficiem, atq; corpus, certum eſt ſpecies imas eſſe.

FINITIO
Quantitatis Diſcretæ.

Quãtitas diſcreta eſt, cuius nullæ p tes integrales copulantur ad termin communem.

DIVISIO.

Quantitati diſcretæ Ariſtoteles videtur ſpecies veterum ſententia adſignaſſe

Duas { Numerum & Orationem.

Sed om

Sed orationem collocabimus in sonis, in prædicamento Qualitatis. Id erit magis perspicuum.

FINITIO
Numeri.

Numerus est multitudo ex vnitatibus collecta, vt, duo, tria, quatuor.

POSTERIOR
Diuisio Quantitatis.

Quantitatis aliud constat ex partibus habentibus positionem ad seinuicem, aliud ex non habentibus positionem.

Hoc est, Quantitatum, alia quantitas constat aliquibus partibus habentibus ad seinuicem positionem, alia quātitas ex nullis partibus habentibus positionē cōstat. Quæ diuisio esse subiecti dicitur in accidens, & huius negationē. Est enī positio accidēs quātitatis.

Lineæ
Superficiei } Partes habent positionem.
Corporis

„ Sunt enim sitæ alicubi, vt Aristoteles habet.

Temporis
& } Nullæ partes habent positionem.
Numeri

„ Quia nō sunt sitę alicubi, vt in contextu Aristotelis latiùs declaratur.

Nunc seriem quantitatum breuiter recitemus, non in abstracto solùm, sed etiam in concreto, vt rudiores faciliùs diiudicent accidentium prædicationes, de quibus in primo libro.

Est enim

Eſt enim alia abſtractorum, alia concretorum p[illegible]dicatio. Hæc vera frequenter erit, cùm illa ſit falſa.

SCHEMA QVANTITATIS

in abſtracto

- Quantitas
  - Continua
    - Linea, Superficies } hæc, illa.
    - Corpus, Tempus. } hoc, illud.
  - Diſcreta Numerus
    - Binarius, Ternarius, Cẽtenarius, Millenari⁹. } hic, ille.

SCHEMA

in concreto ſic fingunt.

- Quantum
  - Cõtinuum
    - Lineatum, Supꝑficiatũ }
    - Corpulẽtũ
    - Tẽporale.
  - Diſcretum
    - Duo
    - Tria
    - Centum
    - Mille.

Parum vſ[illegible] tata eru[illegible] tis ſcrip[illegible] bus vocab[illegible] la. vt ali[illegible] rima. qb[illegible] cõpellim[illegible] penuria m[illegible] liorũ, vel[illegible] ſatis adh[illegible] receptis h[illegible] melioribus.

rdinis numeri ad relatã ptinent, vt secũdus, tertius

TRES
Quantitatis proprietates.

PRIMA.

** Quantitati nihil est contrarium.*

Hoc est, nulla quantitas alteri contrariatur. Omni enim quantitati hoc competit, licèt non soli.

SECVNDA.

** Videtur quantitas neque magìs neq; minùs suscipere.*

Vt, bicubitum vnum non magìs alio bicubitum dicitur.

Rursus, omni competit quantitati, non autem soli, quia etiam substantijs, quemadmodum & prior proprietas. Vnde cõtrariari & suscipere magìs & min⁹ hîc ita accipe, vt in Substantia est indicatum.

TERTIA.

** Maximè proprium quantitatis est, æquale vel inæquale dici.*

Id ob hoc maximè proprium quantitati censetur, quòd omni, soli, & semper accidat. Quantitates æquales sunt, quarum neutra alterã superat in eadẽ ratione mensurãdi, vt lineę duorum pedũ. Item duo ternarij. Inæquales quantitates sunt, quarum altera alteram in eadem mensurandi ratione excedit. Sic linea duos pedes longa, à linea trium pedum vincitur longitudine, quæ est propria dimensio lineæ. Item senarius multitudine vnitatum vincit binarium.

Hîc aduerte.

Propria men ſuradi ratio	Lineæ	est	Longitudo.	
	Superficiei		Latitudo.	
	Corporis		Profunditas ſe	
	Temporis		Duratio.(craſſ	
	Numeri		Multitudo.	

Omnes igitur numeri eodem modo ſunt menſ mensurant enim ſecundum multitudinem: ac pr de omnes quicunque dabũtur numeri, ſunt vel æ les vel inæquales. Sed non ita eſt in quãtitatibus c tinuis. Nam quæcunque ibi dicuntur æquales aut æquales, eiuſdem debent eſſe ſpeciei.

Quare ſi petat quis quantitates nec æquales nec æquales, dabuntur linea & ſuperficies, aut aliæ qua continuæ diuerſarum ſpecierum. Præterea dari po vna continua quantitas cum numero.

VSVS *proprietatum.*

Vtilitas dictarum Quantitatis proprietatum ad e monſtretur modum, quo proprietatum Subſtan vſus fuit declaratus. Sitq́ʒ hactenus breuiter de Q titate & ſpeciebus eius tractatum, ne in Prædicam tis, quib⁹ rerum vniuerſitas proponitur, tam inſig accidentia, magnitudo & numerus prætereantur. copioſior de eis doctrina in Arithmetica & Geo tria traditur, ad quas artes ea quæ diximus licèt pa magnum habent vſum.

De Ad aliquid,

CAPVT IIII.

FActa eſt ab Ariſtotele relatiuorũ mẽtio in tract tione proprietatũ Quãtitatis, mox ea igitur ille gre.

greditur duas innuens eorum descriptiones.

PRIOR
Descriptio Ad aliquid.

* *Ad aliquid talia dicuntur, quæcunque, hoc ipsum quod sunt, aliorū dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud.*

Dici aliorum, est referri ad aliud in genitiuo casu.

Exempla igitur prioris partis sunt: dominus & seruus, pater & filius, &c. Posterioris, vt magnum & paruum, maius & minus, quę referuntur non in genitiuo.

Porrò descripta sunt priori definitione, tam Ad aliquid quæ secundum dici, quàm quæ secundum esse vocantur.

Ad aliquid secundum dici, est res quæ comparatur ad aliud, secundum relationem minùs principaliter significatā: vocātur aūt sic multa absoluta, quib⁹ adhęrent respectus: vt, manus & manuatum, disciplina & disciplinatum, &c.

Ad aliquid secundum esse, est res cuius esse est ad aliud se habere. Huiusmodi autē propriè dicuntur relatiua, vt similitudo, paternitas. Et de his dúntaxat datur descriptio sequens.

POSTERIOR
Descriptio Ad aliquid.

* *Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse, est ad aliquid quodāmodo se habere.*

Hoc est, sunt, quorum essentia est habitudo ad aliud, vt, pater & filius, dominus & seruus.

Si quis interroget, an sex vltima Prædicamenta hac descriptione contineantur, Respondendum erit affir-

 matiuè.

matiuè. Attamen ipſi Prædicamento Ad aliquid peculiariter tribuunt ſchema, ab alijs ſex relatiuo coordinationibus diuerſum.

T A B V L A.

- AD ALIQVID
  - AEquiparatiæ
    - Cōdiſcipul⁹
    - Simile
    - Diſſimile
    - AEquale
    - Inæquale
    - Cognatus
      - Sobrinus
      - Patruelis.
    - Socius
    - Vicinus.
  - Diſquiparatię
    - Digni⁹ Correlatiuo
      - Magiſter
      - Pater
      - Duplum
      - Cauſſa
        - Materia[lis]
        - Formalis
        - Efficiens
        - Finalis.
      - Totum
      - Dux.
    - Indignius correlatiuo
      - Diſcipul⁹
      - Filius
      - Dimidiū
      - Effectus
        - Cauſſæ materialis
        - Cauſſę for[]malis.
        - Effectū fe[] producti
        - Mediū ad finem.
      - Pars
      - Miles.

Dux ſic

DVAE SVNT
communitates Ad aliquid.
PRIOR.

** Ineſt contrarietas relationi.*

Hoc eſt relatiuis, Nihil enim ipſi reſpectui contrarium eſt, ſed abſolutis quibuſdam, quib' reſpectus adhærent, quæ priùs Ad aliquid ſecundum dici vocauimus. Virtus nanque vitio contrariatur inquit Ariſtoteles.

Cæterùm hęc conditio relatiuorum, ob id dicta eſt communitas, ſicut & ſequens, quòd nec omnibus relatiuis conueniat, nec ſolis: nullis enim Ad aliquid ſecundum eſſe, & multis qualitatibus: vt, nigredini & albedini &c, quibus nulli adhærent reſpectus, competit. Itáque reliquũ eſt vt ijs duntaxat quæ ſecũdum dici Ad aliquid vocãtur poſſit conuenire: ſed nec his omnibus, verum qualitatibus ſolis, vt, ſunt ſcientia, ignorantia, &c: rurſum nec his omnibus, quod de intellectu & ſenſu eſt manifeſtum.

POSTERIOR.

** Videntur relatiua magìs & minùs ſuſcipere.*

Sic ſimile magìs & minùs dicitur ſimile. Sed nõ ſolis relatiuis hoc cõuenit. Nam etiã albo & nigro & dulci &c. Neque etiam omnibus: Duplum enim non magìs aut minùs duplum dicetur.

DVAE SVNT
proprietates Ad aliquid.
PRIOR.

** Omnia relatiua ad conuertentia dicuntur*

Vt oīs pater dicitur filij pater, & oīs filius dicit-
tris filius: Et conuenit hoc omnibus relatiuis &
Conuertens est correlatiuum, ob id dictum con-
tens. Nam sicut est relatio à relatiuo ad correla-
ita est vice versa.

POSTERIOR.

** Videtur ad aliquid simul esse natu-*

Vt pater & filius.

Simul natura definit Aristoteles in Postprædi-
mentis hoc modo:

** Natura simul sunt, quæ conue-
tuntur secundũ essendi consequentia-
& neutrum est caussa alteri vt sit.*

Quæ definitio dextrè intellecta correlatiuis solis
gruit:

,, Non autem omnia relatiua (inquit Aristote-
,, videntur simul esse natura.
,, Scibile enim scientia priùs esse videtur, & po-
,, addit: scibile sublatum simul aufert scientiã: Scien-
,, tia verò non aufert scibile.

Dicendum itaque proprietatem hanc soli & non o-
ni conuenire.

His iã ex Aristotele declaratis, quæ ad maioré rela-
uorum notitiam ille adduxerat (sicut de Quantit-
& Substantię proprietatibus diximus) vtiliter qu-
adijciétur regulæ ad doctrinã relatiuorũ necessariæ
à magnis & literatis viris apprimè commendatæ.

PRIMA REGVLA
in doctrina relatiuorum.

Omne relatiuum versatur inter duo, quorum alte-
rum vo-

rum vocatur fundamentum, alterum terminus.

FVNDAMENTVM, est res à qua oritur relatio.

TERMINVS est res, ad quam ordinata est relatio.

Inter hęc, Relatio est ipsa applicatio, seu ordo fundamenti ad terminum, vt cum de patre dicimus, fundamentũ est persona, quæ genuit: terminus, persona genita: ordo a patre ad filium, dicitur paternitas.

Limitis fundamentum lapis est: Terminus, significatum, hoc est, distinctio agrorum: Relatio est ipsa ordinatio lapidis ad significatum. Est ergo limes, lapis ordinatus, ad distinguendos agros.

SECVNDA.

Cuilibet relatiuo respondet suum correlatiuum, vt cùm dicis: Cambyses est filius, nihil intelligi potest. nisi addas cuius sit filius, vt, Cambyses est filius Cyri, Ideo Aristoteles dixit relatiua λέγεσθαι πρὸς ἀντιστρέφοντα, hoc est, ad conuertentia seu correlatiua dici, quod est, esse mutuas collationes, vt, Magistratus est, qui certo iure Ciuitatem regit: Ciuitas est, quæ certo iure regitur à Magistratu.

Et hęc mutua collatio facilè agnosci potest, vbi consuetudo loquendi suppeditat vocabula mutua: relatiua (inquã) & correlatiua, qualia hæc sunt: Pater & filius: domin9 & seruus, sed cùm desunt vocabula, minùs conspicitur hæc vicissitudo, attamen mente cogitanda est. Nam in qualibet relatione sunt duæ mutuæ collationes.

Ac diligenter obseruandum est, quod in hac regula præcipuum est, nempe relatiua non posse definiri, nisi facta mentione correlatiuorum: vt, pater est, qui habet filium.

TERTIA.

FVNDAMENTVM vocatur materiale relationum. FORMALE dicitur ipse ordo ad terminum, vt, materiale Limitis est lapis: formale, est ordinatio, ad significandam distinctionem agrorum.

Sæpe autem manent fundamenta extinctis relati-nibus, vt lapis in agro relinqui potest, etiã si non amplius, vt anteà, fungitur limitis officio. ideo necesse discerni materiale & formale in relatiuis. Quapropter contemni non potest hæc regula.

QVARTA.

Sæpissimè omnes linguæ vtuntur relatiuis loco absoluti, seu loco fundaméti, vt cũ Medici capiunt temperaméntum nõ pro mistura quatuor &c. sed pro ipsis qualitatibus sic inter se iunctis & temperatis.

QVINTA.

Relationum aliæ sunt reales, aliæ rationis. Hæc distinctio nec otiosa est, nec recens, sed ab Ammonio Græco Aristotelis interprete etiam recitata. Sunt autem relationes reales, applicationes, quas natura efficit, etiam si nullius cogitatio accedit, vt, calfactio. Itemque ordo inter patrem & filium.

Econtrariò, rationis relationes dicuntur, quæ non à natura oriuntur, sed tantùm sunt cogitationis aut voluntatis instituta, vt, relatio in limite, tantùm instituitur hominum decreto.

SEXTA.

Relatiua ab absolutis, sumunt initium seu fundamentum.

Vnde relatiuorum { alia oriuntur ex Substantia, alia ex Quantitatibus, alia ex Qualitatibus. }

Rursus { alia oriuntur ex actionib⁹ naturalibus Substantiæ. alia oriuntur ex actionibus voluntatis. }

Ex ac-

Ex actionibus naturalibus,

Caussa,	Effectus,
Pater,	Filius.

Ex actionibus voluntatis,

Voluntas, facit { aut personarum / aut rerum } Discrimina.

Discrimen personarum,

Sacerdos,	Magistratus.
Ciuis,	Ciuitas,
Rex,	Dux,
Miles,	Scholasticus,
Dominus,	Seruus.
Tyrannus, &c.	

In horum definitionibus genus & fundamentum, idem est, scilicet persona: Termini differētias faciūt, vt,

Magistratus est persona, Dei ordinatione electa, vt sit custos disciplinæ & pacis certis legibus, & puniat contumaces vi corporali. Persona fundamentum est, Sed esse ordinatum ad talem administrationem, relatio est: Terminus, ipsa administratio.

Scholasticus est persona ordinata volūtate Dei, ad discendam doctrinam generi humano necessariam de Deo, & de alijs rebus bonis, ne extinguatur notitia Dei inter homines, sed seruetur Ecclesia, & multi fiant hæredes vitæ ęternæ, & seruetur disciplina, & habeant homines alias honestas vtilitates ex artib⁹, vt ex Medicina curationes morborum, ex Arithmetica computationes, ex Geometria mensuras, ex Astronomia anni cognitionem, & alias vtilitates.

Discri-

Discrimen rerum.

Dominium, Seruitus,
Contractus,&c.

Ex quantitatibus oriuntur,

Par,	Impar,
AEquale,	Inæquale,
Totum,	Dimidium,
Duplum,	Triplum,&c.

Ex qualitatibus oriuntur,

Caussa,	Effectus,
Simile,	Dissimile,&c.

SEPTIMA.

Relatiua explicantur aut eodem casu, aut diuerso.

Eodem casu,

Vt, pater filij pater, & contrà, filius patris filius est.

Diuerso casu,

Vt, verberans vapulantem verberat: & vapulans verberante vapulat. Item, sensus sensibilis sensus dicitur: & sensibile sensu sensibile.

Hactenus de relatiuis, quę Gręci τὰ πρός τι vocant dixímus: nunc secundum Aristotelis ordinem, de Qualitate agamus.

De Prædicamento *Qualitatis,*

CAPVT V.

HVic capiti Aristoteles titulū præfixit: περὶ ποιῶν, καὶ ποιότητος, vt meminerūt Alexāder, Diuus Augustin.

gustinus, Boëtius, & posteriores) ποιὰ dicens concreta, ποιότητας abstracta. Et priùs describit Qualitatem per Quale, posteriùs, quale per qualitatem.

Descriptionem Qualitatis hanc assignat:

** Qualitatem dico, secundum quam quales quidam dicuntur.*

Quam reducunt ad huiusmodi descriptionem, paucioribus obnoxiam cauillationibus:

Qualitas est forma, secundum quam aliquid dicitur quale.

Vt, secundum albedinem lac dicitur album: & secundum dulcedinem, dulce.

DIVISIO *Qualitatis.*

* Qualitas dicitur multipliciter, seu ĩ multas species diuiditur, Quę sunt:

- ἕξις ἢ διάθεσις. Habitus, vel dispositio.
- φυσικὴ δύναμις ἢ ἀδυναμία. Naturalis potẽtia, vł impotẽtia.
- παθητικὴ ποιότης ἢ πάθος. Passibilis qualitas, vel passio.
- Σχῆμα ἢ μορφή. Figura vel forma.

DE PRIMA SPECIE Qualitatis.

FINITIO *Habitus.*

Habitus est qualitas insensibilis ex actu vel actibus acquisita, non facilè mobilis à subiecto, vt, scientia firmè radicata.

Dispositionem rectè dixeris habitum inchoatum, seu viam quandam ad habitum: vel etiam desinies, vt habi-

vt habitum prius definiuimus, sublata negatióe τὸ (facilè) Illa enim discrimen facit inter habitu dispositionem, ex Aristotelis sententia.

Per qualitatem insensibilem, excludi putant qua tes tertiæ & quartę speciei, quæ sensibiles sunt.

Per acquisitã, excludi aiunt qualitates secunde ciei, quæ sunt innatæ.

Ponunt isti in prima specie qualitatis, omnes ha tus, tam corporales, quàm spirituales, omnes virtu & vitia. Præterea scientiam & inscientiam, omnes artes, &c, de quibus hîc impressa est seorsum Tabu hoc loco ponenda, cui titulus est:

TABVLA

PRIMAE SPECIEI

Qualitatis, &c.

DE SECVNDA

DE SECVNDA
Qualitatis specie.

Naturalis potẽtia est qualitas insensibilis innata, qua subiectum est naturaliter potens, ad aliquid agẽdum, aut alicui resistendum, aut aliquid suscipiendum, quod sit ipsius recipientis perfectio.

Triplex enim ponitur naturalis potẽtia

- Ad faciendum atque operandum, vt, ignis potens est calfacere, aqua refrigerare, &c.
- Ad facilè & fortiter resistendũ illis, quæ contraria sunt ei, quod secundũ naturam competit subiecto, talem potentiam habenti, vt, salubritas in animalis corpore: & durities in eo quod durum est.
- Ad recipiendum, quod sit ipsius recipientis perfectio: huiusmodi esse arbitrantur sensus exteriores, per quos subiectum recipit sensationes.

Ad similem modum facilè definietur naturalis impotentia.

Per innatam

Per innatam excludunt habitus, qui ſunt acqu
Per inſenſibilem, qualitates tertiæ & quartæ ſp
Huiuſmodi ſunt omnes ſenſus, & aliæ potentiæ.
nuntur ergo in hac ſpecie, ſenſus exteriores & int
res. Vis digeſtiua in ventriculo, attractiua & a
latiua in ſingulis membris, generatiua, & alia id g
innumera: habet etiã homo innumeras naturale
tentias, à Deo ingenitas, à quibus tam numeroſ
tes proficiſcuntur.

Huius ſpeciei, impreſſa ſeorſum eſt Tabula, hic
nenda, ſub hoc titulo:

SCHEMA SECVN

DAE SPECIEI, &c.

Admoniti

ADMONITIO.

Potentijs animæ, quas schemate secundæ speciei expressimus, non inutiliter quis addiderit & contulerit earum operationes, licèt istius non sint speciei: Nam eas, alijs ad tertiam speciem Qualitatis, alius ad primam referendas esse contendit. Nonnulli à Prædicamentorũ serie quasdã submouẽt, quasdã recipiũt. Sed suũ cuiq; liberũ esto iudiciũ. Nã hac in re, & alijs huiusmodi, rectissimè quadrare locumque habere videtur illud ab Aristotele in Ad aliquid Prædicamento dictũ: Difficile est de huiusmodi rebus cõfidenter dicere antequàm frequenter pertractata sint. Dubitare autem de singulis non est inutile. Quàm paucissimos enim, imò veriùs nullos nobis licuit inuenire, qui de harum qualitatum diuersitate atque natura, exactè tractauerint vnanimi consensu. Plures inuenias, qui à seipsis in diuersis editionibus dissentiant.

Nos operationes animæ potentijs naturalibus respõdentes, Tabula hîc exprimimus seorsum excusa, quam oportet huic loco adglutinare.

Titulus eius Tabulæ est:

OPERATIONES ANIMAE, &c.

De tertia

DE TERTIA
Qualitatis specie.

PASSIBILIS Qualitas est qualitas vnico sensu riori perceptibilis, vel, adfectus animi nō facile ... iecto mobilis.

Ad similem modum de Passione est iudicandu...

ADFECTVS animi dicitur cordis commotio ... petentis vel fugientis monstrata obiecta,

Sūt autē duplices adfectus: Alij durabiles, vt ... odiū, inuidentia, &c, hos si quis etiā habitus esse ... tēderit nō valde repugnabo, sunt enī habitib⁹ sim... Alij sunt subiti motus, vt, ira subita in Aiace cu... sibi eripi arma Achillis, quæ est tanq̄ verberatio ... cor fugiens illud malum, & depellere studens e... ciatur. Ex hac distinctione, natura adfectuum ... modo cognosci potest.

PASSIO igitur est: vt, rubor repentinus ex vere... dia: pallor ex timore. Item, ira subita.

PASSIBILIS Qualitas: vt nigredo in Aethiope ... bedo in niue, Odium, quod est ira inueterata, hæ... animo, tanqūā inustum cauterium in corpore. ... autem vult Aristoteles Qualitates passibiles ... παθητικὰς, non quòd ipsę aut earum subiecta ali... patiantur, sed quòd vel à passione factæ sint, vt ... lor infantis ex metu matris, dum eum vtero gesta... Vel quia in nobis passionem aliquam generant ... dulcedo mellis, delectationem: amaritudo felis ... stitiam & horrorem parit.

Porrò in hac specie, præter adfectus animi, aiunt ... poni omnia obiecta sensuum, id est, omnia quę se... bus percipiuntur. Cuiusmodi sunt: Color, obiect... visus: Sonus, auditus: Sapor, gustus: Odòr, odora...

OPERATIONES ANIMÆ
IN CONCRETO.

- Vegetare
  - Generare ſibi ſimile
  - Nutrire
  - Augere
    - Cú his cócurrūt
      - Attrahere
      - Retinere
      - Digerere
      - Digerendo
        - alterare
        - aſſimulare
      - Expellere.
- Cognoſcere
  - Sentire
    - Senſu exteriori
      - Videre
      - A udire
      - Olfacere
      - Guſtare
      - Tangere.
    - Senſu interiori
      - Sentire ſen ſu cōmuni.
        - Diſtinguere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum.
        - Apprehendere proprium actum vniuſcuiuſque ſenſus exterioris.
      - Sētire phātaſia, ſeu imaginatiua vel æſtimatiua.
        - Colligere ſeu elicere ſpecies rei priùs nō perceptę à ſpeciebus rerum ſenſu perceptarum.
        - Componere
        - Diuidere.
      - Sentire ſenſu memoriæ ſeu memorari, recordari, reminiſci.
  - Intelligere
    - Ratiocinari
    - Colligere
    - Conſulere
    - Deliberare
    - Dubitare.
- Appetere
  - Appetitu rationali ſeu voluntate.
  - Appetitu Senſuali
    - Concupiſcibili
    - Iraſcibili.
- Progredi
  - Ambulare
  - Volare
  - Natare, &c.

OPERATIONES ANIMÆ
IN ABSTRACTO.

- Vegetatio
  - Generatio sui similis
  - Nutritio
  - Augmentatio
    - Cũ his cócurrũt
      - Attractio
      - Retentio
      - Digestio
      - Alteratio
      - Assimulatio
      - Expulsio.
- Cognitio
  - Sensatio
    - Exterior
      - Visio
      - Auditio
      - Odoratio
      - Gustatio
      - Tactio.
    - Interior
      - Sensatio sensus cõmunis
        - Distinctio inter sensibilia diuersorum sensuum.
        - Apprehensio proprij actus vniuscuiusque sensus exterioris.
      - Sẽsatio phãtasiæ, siue imaginatio vel æstimatio
        - Collectio specierũ rei priùs non perceptæ à speciebus rerũ sensu perceptarum.
        - Compositio
        - Diuisio
      - Sensatio memoriæ, seu memoratio, recordatio, reminiscentia.
  - Intellectio
    - Ratiocinatio
    - Collectio
    - Consultatio
    - Deliberatio
    - Dubitatio.
- Appetitio
  - Rationalis seu voluntatis.
  - Sensualis
    - Concupiscibilis
    - Irascibilis
- Progressio
  - Ambulatio
  - Volatus
  - Natatio, &c.

SCHEMA SECVNDÆ SPECIEI IN ABSTRACTO.

NATVRALIS POTENTIA VEL IMPOTENTIA

- Naturalis potẽtia
  - Corporis
    - Durities
    - Salubritas
    - Vis attractiua ferri, &c.
  - Animę
    - Potentia vegetatiua
      - Principalis
        - Nutritiua
        - Augmentatiua
        - Generatiua sui similis.
      - Adminiculatrix
        - Attractiua nutrimenti
        - Alteratiua
        - Retentiua
        - Expulsiua.
    - Potentia cognitiua
      - Sensus
        - Exterior — Visus, Auditus, Olfactus, Gustus, Tactus.
        - Interior — Sensus communis, Phantasia, Memoria.
      - Intellectus
    - Appetitus
      - Appetitus sensualis
        - Exterior
          - Visiuus, Auditiuus, Olfactiuus, Gustatiuus, Tactiuus. Quibus cõuenit
            - Delectari
            - Tristari
            - secundũ sensum exteriorẽ.
        - Interior
          - Concupiscibilis, Cui conuenit
            - Amare, Prosequi, Gaudere, Odisse, Fugere, Tristari.
          - Irascibilis, Cui conuenit
            - Sperare, Audere, Desperare, Timere, Irasci, cui nihil contrariatur.
      - Appetitus rationalis seu voluntas, Cui cõuenit
        - Velle, Imperare, Liberum esse, Eligere, Frui, & similiter priùs enumeratæ passiones.
    - Potẽtia progressiua
      - Ambulatiua
      - Volatiua
      - Natatiua, &c.
- Naturalis impotentia
  - Mollities
  - Insalubritas
  - Impotentia
    - currendi
    - gignendi
    - scribendi, &c.

IDEM SCHEMA IN CONCRETO.

NATVRALITER POTENS VEL IMPOTENS.

- Naturaliter potẽs.
  - Secũdum corp'
    - Durum
    - Salubre
    - Attractiuum ferri, &c.
  - Secũdũ animã
    - Vegetatiuum
      - Principale
        - Nutritiuum
        - Augmentatiuum
        - Generatiuum sui similis.
      - Adminiculans
        - Attractiuum nutrimenti
        - Alteratiuum
        - Retentiuum
        - Expulsiuum.
    - Cognitiuum
      - Sensitiuum
        - Sensu exteriori. — Visiuum, Auditiuum, Olfactiuum, Gustatiuum, Tactiuum.
        - Sensu interiori. — Præditum sensu communi. Præditum phantasia. Memoratiuum.
      - Intellectiuum
    - Appetitiuũ
      - Sensuale
        - Exteriori appetitu
          - Visiuum, Auditiuũ, Olfactiuũ, Gustatiuũ, Tactiuũ. Quibus cõuenit
            - Delectari
            - Tristari
            - secũdum sẽsum exteriorem.
        - Appetitu interiori,
          - Cõcupiscibili, Cui conuenit
            - Amare, Prosequi, Gaudere, Odisse, Fugere, Tristari.
          - Irascibili, Cui conuenit
            - Sperare, Audere, Timere, Desperare, Irasci, cui nihil cõtrariatur.
      - Volitiuũ, Cui conuenit
        - Velle, Imperare, Liberum esse, Eligere, Frui, & similiter priùs enumeratæ passiones.
    - Progressiuum
      - Ambulatiuum
      - Volatiuum
      - Natatiuum, &c.
- Naturaliter impotens.
  - Molle
  - Insalubre
  - Impotens
    - ad currendum
    - ad gignendum
    - ad scribendum, &c.

¶ *Vt verò retineatur, quæ passiones in quo sint appetitu, notentur hi duo vulgati versiculi:*

Prosecutio, Fuga — Tristitia, Gaudium — Amor, Odium

Prosequitur, tristatur, amat, cupiens appetitus,

Spes, Desperatio — Ira non habẽs cõtrariũ — Audacia, Timor

Ast irascibilis, sperat, irascitur, audet,

TABVLA
PRIMAE SPECIEI QVALITATIS IN ABSTRACTO.

- Habitus Corporis
  - Habitus dimicandi
  - Habitus sphæra ludendi
  - Habitus pulsandi fides, &c.
- Habitus Animæ
  - Infusus
    - Fides
    - Spes
    - Charitas
  - Acquisitus
    - Intellectualis
      - Semper verus
        - Sapientia
          - Theologia
          - Metaphysica.
        - Intellectus
        - Scientia
          - Sermocinalis
            - Grammatica
            - Dialectica
            - Rhetorica.
          - Mathematica
            - Arithmetica
            - Geometria
            - Musica
            - Astrologia.
          - Physica
            - Medicina
            - Scientia de anima &c.
          - Ethica
            - Oeconomica
            - Politica
              - Ius canonicum
              - Ius ciuile.
        - Prudentia
        - Ars
          - Agriculturæ
          - Aedificatoria
          - Pistoria.
      - Semper falsus qui diuiditur in habitus oppositos semper veris.
      - Aliquādo verus
        - Opinio
        - Suspitio
    - Moralis
      - Virtus
        - Iustitia
        - Fortitudo
        - Temperantia. &c.
      - Vitium
        - Superabundantia
          - Temeritas
          - Prodigalitas
        - Defectus
          - Timiditas
          - Auaritia.

TABVLA

PRIMAE SPECIEI IN CONCRETO.

- Præditus habitu corporis
  - Præditus habitu dimicandi
  - Præditus habitu sphæra ludendi
  - Præditus habitu pulsandi fides, &c.
- Præditus habitu animæ
  - Infuso
    - Præditus Fide seu fidelis
    - Præditus Spe
    - Præditus Charitate.
  - Acquisito
    - Intellectuali
      - Semper vero
        - Præditus sapiētia, seu sapiens
          - Theologus
          - Metaphysicus.
        - Præditus habitu principiorum demonstrationis.
        - Præditus scientia
          - Sermocinali
            - Grāmaticus
            - Dialecticus
            - Rhetor.
          - Mathematica
            - Arithmeticꝰ
            - Geometra
            - Musicus
            - Astrologus.
          - Physica
            - Medicus
            - Prędit' sciẽtia aię, &c.
          - Ethica
            - Oeconomicꝰ
            - Politicꝰ
            - Peritus
              - Iuris canonici
              - Iuris ciuilis
        - Præditus Prudentia
        - Artifex
          - Agricola
          - AEdificator
          - Pistor
      - Semper falso
      - Aliquādo vero
        - Opinans
        - Suspicans
    - Morali
      - Virtute præditꝰ seu studiosus
        - Iustus,
        - Fortis
        - Temperans &c.
      - Vitiosus
        - Superabundans
          - Temerarius
          - Prodigus
        - Deficiens
          - Timidus
          - Auarus

Tactus autẽ obiectum, non habet generale nomen, ſpecies autem eius ſunt, calor, frigus, durities, mollities, &c. Saporis ſpecies Medici multas ponunt Dulcorem, Amaritudinem, Salſedinem, &c.

Iam de ſenſibus, & naturalibus potentijs alijs, de quibus in Secunda ſpecie diximus, item de obiectis ſenſuum ſingulorũ, de quibus in hac Tertia ſpecie ſi quis exactè diſputare vellet, volumina impleret. Sed nunc in tabulam, ſpeciem hanc tertiam redigamus.

Sequuntur tabulæ Tertiæ ſpeciei in Abſtracto & in Concreto.

TABVLA TERTIÆ SPECIE IN ABSTRACTO.

PASSIBILIS QVALITAS, VEL PASSIO.

- Obiectum visibile. Color
  - Albedo
  - Rubor
  - Lux
  - Lumen.
- Audibile. Sonus
  - Vox
  - Fragor.
- Odorabile. Odor
  - Dulcis
  - Austerus
  - Ponticus.
- Gustabile, Sapor
  - Dulcor
  - Amaritudo
  - Austeritas.
- Tangibile. Qualitas tangibilis
  - Prima
    - Calor
    - Frigus
    - Humiditas
    - Siccitas.
  - Secunda
    - Durities
    - Mollities
    - Grauitas
    - Leuitas, &c.

TABVLA TERTIÆ SPECIEI IN CONCRETO.

PASSIBILITER QVALE VEL PASSVM.

- Coloratum
  - Album
  - Rubrum
  - Lucidum
  - Luminosum.
- Sonorum
  - Vocale
  - Fragosum.
- Odorum seu Odoriferum
  - Dulce
  - Austerum
  - Ponticum.
- Sapidum
  - Dulce
  - Amarum
  - Austerum.
- Quale tangibile
  - Primum
    - Calidum
    - Frigidum
    - Humidum
    - Siccum.
  - Secundum
    - Durum
    - Molle
    - Graue
    - Leue, &c.

 Admonitio

ADMONITIO.

Adfectus animi, quos ad hanc pertinere speciem volunt, prioribus quibusdam tabulis sunt expressi, quædam tamen hîc de ijs addidisse non fuerit inutile.

- Sunt. 4. genera affectionū animi.
  - LAETITIA, est suauis motus cordis, qui excitatur, cùm cor obiecto expetito fruitur.
  - SPES, est suauis motus cordis, qui excitatur, cùm cor, bonū futurum prosequitur, prælucente hac cogitatione, quòd potituri simus eo obiecto.
  - TRISTITIA, est. cruciatus cordis compressi, tanquàm fugitantis præsens malum.
  - METVS, est cruciatus cordis compressi, tanquàm fugitantis futurum malum. Et his motibus cordis seruiunt humorum motus in reliquo corpore, vt Physici docent.

HIS SVBIICIVNT

Delectationem, Inuidiam, AEmulationem, Misericordiam, Solicitudinem, Desperationem, Iram, Excandescentiam, Odium, Desiderium, Amorem, Pudorem, Horrorem, Exanimationem, aliaque id genus, de quibus Philosophorū, pręsertim moraliū, est tractare. In ijs enim coercendis, sudatur à viris bonis, & virtutum studio deditis.

DE QVARTA
Qualitatis specie.

Figura est quantitatis protractio : vt lineę aut superficiei. Lineę, vt figura plana: Superficiei, vt, figura corporea, quam solidam vocant.

Geometræ figuram dicunt esse, quæ termino vel termi-

minis clauditur. Termino vno, circularis clauditur figura. puta linea circulari. Item sphærica figura, vna superficie circundante clauditur. Terminis continentur omnes alię, tam planæ quàm solidę: Planę quidem angulares. lineis: vt triangulus, quadratum, altera parte longius, pentagonum. &c. Superficiebus autem figuræ solidæ, vt pyramis, tessera, &c.

Figuram & formam plurimi idē significare volunt. Aliqui sic distinguunt, vt figura inanimatorum sit: forma animatorum. Alij formam rebus naturalibus præsertim animatis tribuunt: figuram artificialibus, Iuxta versiculum:

Formam viuentis, picti dic esse figuram.

Alij aliter hæc discernunt: sed nihil incommodi attulerit huiusmodi neglexisse, quæ adeò variant.

Ponunt in hac specie omnes figuras, siue in lineis solis sint, vt rectitudo, & obliquitas, siue in superficiebus, vt circulus, & triangulus, siue in corporibus, vt figura pyramidalis & cubica, &c. siue in Quantitate discreta. seu numero, cui primò tribuūtur paritas, imparitas, abundantia, diminutio, perfectio, & si qua sint id genus alia. Deinde secūdò conueniunt numero hæ figuræ, quæ quantitatibus continuis attributæ sunt. Numeri enim per suas descripti vnitates, illarum figurarum, quæ propriè magnitudinib⁹ cōpetunt, sortiuntur nomina, vt licet apud Arithmeticos & Geometras videre, à quibus eorum, quę hîc recensuimus, descriptiones sunt petendæ.

TABVLA
QVARTÆ SPECIEI
IN ABSTRACTO.

FIGVRA VEL FORMA.

- Sequẽs quantitatem discretam
  - Paritas
  - Imparitas
  - Perfectio
  - Abundantia.
- Sequẽs quantitatem continuam
  - Imperfecta
    - Rectitudo
    - Curuitas
    - Concauitas
    - Angulus, &c.
  - Perfecta
    - Plana seu superficialis
      - Circulus
      - Triãgulꝰ
        - Isopleurus
        - Isosceles
        - Scalenon.
      - Quadrãgulꝰ
        - Quadratum
        - Altera ꝑte lõgiꝰ
        - Rhombus, &c.
      - Quinquangulus, &c.
    - Solida
      - Sphærica
      - Pyramis
      - Cubus
      - Colũnaris figura, &c.

IN CONCRETO.

IN CON-CRETO.

FIGVRATVM VEL FORMATVM.

- Sequens quantitatem discretam
  - Par
  - Impar
  - Perfectum
  - Abundans.
- Sequẽs quanti tatẽ cõ tinuã
  - Imperfectũ
    - Rectum
    - Curuum
    - Concauum
    - Angulare.
  - Perfe ctum
    - Planũ seu su perfi- ciale
      - Circulare
      - Triãgu- lare.
        - Isopleuricũ
        - Isoscelicũ
        - Scalenicũ.
      - Qua drã- gula re
        - Quadratum
        - Altera pte lõgi⁹
        - Rhombicum.
      - Quinquangulare.
    - Soli- dum
      - Sphæricum
      - Pyramidale
      - Cubicum
      - Columnare, &c.

Quæ de Qualitatis ſpeciebus apud alios tradita nimus, & quæ Scholę magis ſequuntur, ſatis ſit ha nus ſic indicaſſe. Explicanda meritò exactiùs ſu quatuor ſpecierum Qualitatis diſtinctio, huiuſq; meri cauſſa, niſi hanc reperiſſemus longè diuer mā apud huius rei ſcriptores, inter quos vix vn perias, qui ſibi ipſi, nedum alijs conſtet, & conſid ter & intrepidè hac de re pronunciet: Nihilominu his, quæ ſuperiùs tradita ſunt de numero ſpecie Qualitatis, ſic iudica.

Qualitas
- Inſenſibilis
  - 1 Acquiſita vt,
    - Habitus
    - Diſpoſitio.
  - 2 Innata, vt,
    - Naturalis potentia
    - Naturalis impotētia
- Sēſibilis
  - 3 Vnico ſēſu exteriori, vt,
    - Paſſibilis
    - Qualitas
    - Paſſio.
  - 4 Plurib⁹ exteriorib⁹ ſenſib⁹, vt,
    - Figura
    - Forma

Hæc autem non vniuerſaliter, ſed ſecundum potio rem partem ſunt accipienda, quemadmodum ex di ctis licebit colligere.

QVALIVM
Deſcriptio.

Ariſtoteles oſtenſurus Qualitatem non modò ab ſtractè intelligi atque ſignificari, verumetiam concre tè, ſimúlq; indicaturus, alia Accidētium genera ſum ma concretè, ſic Quantū, Agēs, Patiens, &c. nō minus quàm abſtractè aſſignari & deſcribi poſſe, Qualia huc in modum deſcripſit.

DES-

DESCRIPTIO Qualium.

** Qualia sunt, quæ secundum hæc denominatiuè dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his.*

Definitum accipitur pro concretis huius Prædicaměti, vel meliùs, pro rebus per huiusmodi cōcreta significatis. Nam sermo de reb⁹ multò est plausibilior, quanquam pro pueris facilior sit de vocibus.

Et vt hoc obiter addam, pluribus in locis apud Aristotelem de signo & signato idem prorsus habendum est iudiciū, adeò vt ridiculas esse existimemus altercationes, quibus, an de rebus an de vocibus Aristoteles intelligēdus sit, frequenter contenditur, cū vterq; sensus in eandem prorsus recidat sententiam, licèt interdum vnus dicendi modus paulò molliùs sonare videatur, quod tamen tanti non est faciendum, vt alter modus dicendi explodatur, si fortè facilior sit, aut vtilior.

Pronomen (hæc) in definitione sumitur pro qualitatibus enumeratis atque similibus: & sub plurali numero intelligendus est singularis, maximè si de vocibus agatur, quia ab eadem qualitate possint plura denominatiuè dici, vt ab albedine, albus, alba, album.

Dici denominatiuè secundum qualitatem, est esse denominatiuum voce & significatione simul, comparatione alicuius Qualitatis tanquàm denominātis, vel significari huiusmodi denominatiuo, vt à Grammatica Grammatic⁹, à fortitudine fortis: siue de voce, siue de re per vocem significata agatur.

Dici verò quomodolibet aliter ab his, est esse denominatiuum significatione tantùm, comparatione ali-

cuius dictarũ qualitatum, vel huiusmodi deno-
tiuo significari, vt studiosus à virtute.

Quòd si roges, an homo, equus, lapis, & simil-
tineantur sub definitione Qualium? loquendo
cibus facilima est responsio, quòd non, quia r
aliquo modo denominatiua qualitatum. Sed
do de rebus, respondendum est, definitione c
ri, vt alba dicuntur aut nigra, vel alio quopiam
tatis concreto appellantur.

DIVISIO.

Sicut Qualitas diuisa est in Habitũ vel dispo-
Naturalem potentiam, &c. ita Quale diuiditur
creta illorum abstractorum: Habituatum se. à
vel dispositum: Naturaliter potens vel impot.
de quibus Tabulæ adsignatæ sunt priùs.

TRES

Qualitatis Proprietates.

Adsignat postremò huius capitis loco Ar
more suo quasdam Qualitatis proprietates,
sum, quo reliquas hactenus proprietates adc.

PRIMA EST.

** Inest contrarietas Qualitat.*

Vt, iustitię contraria est iniustitia, & nigro.
Itemque cætera eiusdem generis. Similiter
certant, quę ex ijs Qualia nominantur, vt, iust
iniusto, candidũ cum atro. Non autem in om
contingit. Rubro enim aut pallido, aut alijs
dijs, nihil contrarium est.

SECVNDA.

** Qualia magis & minus susc*

Sola Qualia prędicantur cum aduerbijs magìs & mi-
ìs, gratia suæ intensionis aut remissionis, non om-
a tamen. Nam hæc proprietas non pertinet ad figu-
s, vt Aristoteles declarat.

ntendi, est augeri per similem qualitatem in ea-
m parte subiecti. Gratia talis intensionis calidum
ud alio magìs minúsue calidum dicitur. Calo-
enim vis in alio augetur, in alio minuitur, vt ma-
estè sensus iudicat. Quinetiam in eodem corpore,
or aliàs maior, alias minor inest.

a sunt lucis, colorum, & penè omnium qualitatum
dus, etiam notitiarum, virtutum, adfectuum. In
dem homine amor eiusdem rei aliàs ardentior, a-
s frigidior est, vt dicitur.

ntrat amor mẽtes vsu, dediscitur vsu.

iusdem propositionis notitia illustrior est seni Pto
næo, quam iuueni.

T E R T I A.

Similia & dißimilia secundum solas alitates dicuntur.

ult Aristoteles subiecta similia dici aut dissimilia,
undum solas qualitates, quòd illæ immediatum
fundamentum, primumque ac proprium subie-
m similitudinis dissimilitudinísve. Reliquis me-
te qualitate, similitudo tribuitur & dissimilitudo.
nilitudo autem (teste Boëtio) est rerum diuersa-
eadem qualitas.

Dissimilitudo verò, diuersa rerum qualitas.

æ descriptiones veræ sunt secundum prædica-
em caussalem, de qua in fine primi libri diximus:
enim sensus: Similitudo, est relatio, nascens inter
es qualitates eiusdem speciei, in diuersis subiectis
tas. Dissimilitudo verò, inter diuersas secundum
speciem,

ſpeciem, vt, duo cygni, ſimiles ſunt ratione al-
bedinum, ſiue hæ albediñes æqualiter ſue-
ſæ, ſiue non. Neque enim hîc de tam exacta
que ſimilitudine agitur, quàm in libro de
ne, vbi negatur ſimile poſſe agere in ſim
autem & Cygnus, homo auarus, & alter pro
ſimiles ſunt. Atque ita de alijs.

Ad ſimilitudinem igitur ſufficit identita-
tum ſpecifica: Ad diſſimilitudinem ſuffic.
diuerſitas: Plus autem requirebatur, vt q.
æquales aut inæquales eſſe dicerentur, vt e.
Quantitate notum euadet.

VSVS

Proprietatum, & aliorum de Qualitate dict.

Qualitatis proprietates eò meliùs naturam
primunt, quàm aliæ aliorum priùs dictæ
qualitatibus omnes tres dicantur conuenire
Porrò Maxima eſt vtilitas cognitiõis qua
vllũ rerũ ordinẽ tã refert expeditè tenere,
nempe qui latiſſimè pateat. Nulla eſt enim
nulla quantitas, quam nõ multę qualitate
Iam ex hoc loco, & Rhetores formulas lau-
tuperationum, aliorumque materiam pe
& finitiones virtutum ac vitiorum, Artiu
lium colliguntur, &c.

Prætereà aduerte differentias qualitatu
proprijs deſignari nominibus non poſſunt
diſſimè per ſubiecta qualitatũ ſignari. Sicut
ſtantiarũ diſcrimina ex accidẽtibus depre
(Nã Maluam ab Abſynthio figura & ſapore
mus) ſic rurſus accidẽtia diſcernũtur per ſ
mutuas operas tradunt inter ſe accidẽtia
Eſt itáque obſeruandum in definiendis acc
in qua re ſingula hærere poſſint. Hinc enim

accidentium petũtur. Apparet enim, alia propria rporum esse, vt, colorem &c, Alia propria animi, religionem, eruditionem &c.

actenus de qualitate & qualibus sit dictum. Nunc qua sex Prædicamenta, breuiter cum Aristotele stringamus.

De cæteris sex Prædicamentis,

CAPVT VI.

Oterant reliqua Prædicamenta, quæ paucissimis bsoluit Aristoteles, sub Ad aliquid compræhened quia placuit veteribus decem Prædicamenta ierare, sequemur illorum autoritatem & nos. Vitur autem docendi caussa, à Prædicamento relais, hæc, quæ sequuntur Prædicamenta, separasse. n quum penè infinita multitudo sit relationum, uerunt plures classes facere, ne si omnia talia noa in vnum includerent, multitudine perturbaren discentes.

DEFINITIO Actionis.

tio est relatio agentis ad patiens,

ET E DIVERSO.

ßio est relatio patientis ad agens.

dè patet multùm interesse inter actionem passioq3, productionem actiuam atque passiuam, liæc inuicem ferè sint connexa. Nam Actio respisum patiens. Productio verò actiua, effectum in patiente

patiente productum: Verbi gratia, dum igni calfacit, habitudo ignis ad aquam est quæd nempe calfactio actiua: & contrà, relatio factæ ad ignem est passio, quæ dicitur passi ctio. Habitudo verò ignis ad calorem in aq ctum, est productio actiua seu effectio, pe Prædicamẽtum Ad aliquid, sub genere quo sa: & habitudo caloris producti ad ignem ip tur productio passiua. Fatetur enim & vulg producere calorem, nõ aquam: & in aquam in calorem: & ediuersò, calorem ab igne p quam verò ab igne pati, eò quòd ab ipso illi ingeneretur. Non autem dicitur actiua prod passiua, quasi ad Actionis Passionisue attine camentum, sed quia actiuis verbis exprim passiuis.

Et sunt tam variæ relationes, omnem ferè res quædam est absoluta, non respectiua) co solitæ, diligenti atque attenta consideration co distinguendæ.

Diuiditur autẽ Actio in Actionem. { Animæ & Corporis.

Dicemus eam actionem animæ esse, quam sa exequitur, vt est digestio actiua, nutritio & intellectio actiua.

Eam verò corporis, quæ immediatè congr ri, vel accidenti corporali, vt sectio actiua, calfactio.

Tabula Prædicamenti Actionis

IN ABSTRACTO.

- ACTIO
  - Animæ
    - vegetatiuę
      - Nutritio
      - Augmētatio
      - Generatio
      - } actiua.
    - Sensitiuæ
      - Visio
      - Auditio
      - Olfactio
      - Gustatio
      - Tactio
      - } actiua.
    - Intelle-ctiuæ
      - Intellectio
      - Volitio
      - Nolitio
      - } actiua.
  - Corporis
    - Percussio
    - AEdificatio
    - Coloratio—
      - Denigratio
      - Dealbatio,
      - } actiua.
    - Calfactio
    - Exiccatio.

IN CONCRETO.

- Ago
  - Secundum animam
    - Vegetatiuā
      - Nutrio
      - Augmento
      - Genero.
    - Sensitiuam
      - Videor
      - Audior
      - Olfio
      - Gustor
      - Tangor.
    - Intellectiuā
      - Intelligor
      - Volo
      - Nolo.
  - Secundū corpus
    - Percutio
    - AEdifico
    - Coloro—
      - Denigro
      - Dealbo.
    - Calfacio
    - Exicco.

Diuidenda eſt ad eundem modum Paſſio, qu
diuiſa eſt actio.

Quare ex prædicta Actionum coordinatione, ſ
habebitur ſeries Paſſionum: nimirum paſſiuè acc
vocabulis, quæ ibi actiuam obtinebant ſignific
nem. Nam in abſtractis nominibus conſentiun
hæc duo Prædicamenta: Differunt autem conc
apertiſſimè.

ADNOTATIO
de Abſtractis.

Sed non eſt hîc diſſimulandum, abſtracta verbal
io, quæ nunc actiuè, nunc paſſiuè ſignificant, ter
frequenter ſignificationem poſſidere, nec acti
nec paſſiuam, ſed neutram, vt, exempli gratia: In
ctio præter actiuam intellectionem atque paſſ
quæ ſunt relationes, etiam ſignificat nonnun
ipſius intellectus actum ſeu operationem, ipſi
conceptum actualem, qui eſt res abſoluta Præ
menti qualitatis, & ſecundum pleróſque Prima
ciei.

Similiter ſenſatio præter Actionis Paſſioniſq
lationes, etiam actum ipſum ſentiendi, qui qua
eſt, deſignat.

Sunt, quę pro tertia illa ſignificatione deſignet
qualitatem, ſed motum. Cuiuſmodi ſunt calfact
gefactio: Dealbatio, denigratio: Generatio, & h
formæ alia.

ADNOTAT

ADNOTATIO de Concretis.

Concreta horum Prędicamētorum, ferè verba ſunt, aut participia: Sed aduertendum, non ſemper eorum ſignificationem Grammatico generi reſpondere.

Quædā enim actiui generis, ad Paſſionē ſpectant, vt, { Video, Audiō, Olfacio, Guſto, Tango, Intelligo.

Nam quod videt, audit, intelligit, &c: patitur, aliquid recipiens.

Quędam paſſiui generis, pertinent ad Actionem, vt dictorum paſſiua. Quod enim videtur, auditur, intelligitur, agere ſolet in potentiā cognitiuā, ſui imprimens imaginem.

Quędā neutri generis, Paſſionē deſignāt, vt, { Vapulo, Veneo, Fio, &c.

Deponētaliū { Quędā deſignāt Actionē { Loquor, Veſcor, Ordior, &c; Quędam Paſſionem, vt patior.

Verba communia ὁμώνυμα ſunt, Actionem Paſſionemq; ęquiuocè ſignificātia, vt, oſculor, veneror, &c.

Quęrat quis, an omnia verba ad alterum horum Prędicamentorum pertineant? Reſpondendum eſt negatiuè: Quædam enim ſunt aliarum Kategoriarum, vt iaceo, ſedeo, ſto, &c: quæ ſunt Prædicamenti Sitûs. Item caleo, frigeo, tepeo, palleo, &c: quæ ſunt tertiæ ſpeciei Qualitatis. Sed nos, opinione longiùs in huiuſmodi diligenter explicandis euagati, ad Ariſtotelem reuertamur: is in initio ſtatim præſentis

capitis, duas ſimul proponit Actionis Paſſio-
communitates.

DVAE APVD ARIST.
Actionis Paſſioniſque communitates.

PRIOR.

* *Suſcipiunt agere & pati contra-*
tatem.

Hoc eſt, Actiones inter ſe denominantur contr-
& Paſſiões inter ſe. Neq; enim vult Ariſtoteles
nibus Paſſiones contrariari, hoc nanq; falſum e
actioni Paſſio relatiuè, non autem contrariè, op
tur. Et hanc ſententiam declarãt exempla text
habet: Calfacere & refrigerare: calfieri & frige
ſe contraria, nimirum per accidens, ratione form
contrariarũ, per agens in diuerſa paſſa produ
Et quia non omnes formæ ab agẽte productæ
riæ ſunt, vt, pallor, rubor, &c: idcircò non o
actionibus paſſionibúſue conuenit contraria
etiam ſolis, cùm & ſubſtantijs conueniat per
contrariari, vt elementis. Item Ioanni albo
nigro & alijs.

POSTERIOR.

* *Recipiunt etiam magis & minus.*

Nã dũ cõcretis exprimũtur vocabulis Actio-
ſionéſue, cũ aduerbijs magis & minùs prædica
vt calfacere magis ac minùs dicitur: ſimiliter
fieri. Sed nec omnibus hoc conuenit, nec ſolis
Præter has Ariſtotelicas Communitates, G
cognomento Porretanus, duas Actioni & Paſſi
ſignat proprietates.

Priorem hanc:

Actio & Passio perpetuò aliqué motú consequuntur.

Posteriorem istam:

Actio infert Passionem. & Passio Actionem.

Sequitur enim. verberans est, ergo verberatum est: & vice versa verberatum est, ergo verberans est: Rursus verberatio actiua est, ergo passiua verberatio est, &c. Sed non est nostri instituti quid Porretanus ille senserit, excutere. Non enim Porretani, sed Aristotelis præcepta colligimus. Quare reliqua paucis absoluamus.

De Prædicamento *VBI ET QVANDO.*

IN ea nunc esse sententia videntur eruditiores Philosophi. vt relationes vltimorum ordinum, non carere correlatiuis relationibus, opinentur, quanquàm nonnulli aliter putant.

Describunt igitur sic Vbi:

Vbi, est habitudo locati ad locum, vel loci ad locatum.

Ad similem modum.

Quando, est habitudo rei quæ tempore mensuratur ad tempus ipsum, vel temporis ad rem tempore mensuratam.

Diuiditur ergo vtrunque in actiuum & passiuum, prout hæ habitudines nunc actiuo verbo, continere, mensurare, nunc passiuo, contineri, mensurari, exprimuntur. Vt, habitudo Socratis ad locum quo continetur, est Vbi passiuum: & econtrariò, habitudo loci ad Socra-

ad Socratem quem continet, est vbi actiuum.

Ad eundem modum, habitudo Socratis ... quo mensuratur, est Quando passiuum: & ... temporis, quod Socratis durationem mensur... tudo ad Socratem, est Quando actiuum.

Finitiones Porretani, quibus Vbi & Quando ... bit, quòd plus inuoluant difficultatis, quam ... lucis aut vtilitatis, consultò omissæ sunt.

Cur autem Vbi actiuum & passiuum eiusdem ... tur Prędicamenti, & similiter Quando actiuum ... siuum, cùm tamen Actio & Passio diuersas cōst... classes, non est huius loci anxiè perquirere. ... tamen hîc habendũ est, talem Prædicamento... stinctionem non temerè, multis retro seculis, ... mi Philosophorum consensu receptam esse. ... lorum descendere placeat sententiam, qui om... sub Ad aliquid collocant.

Vtrunque autem Vbi, tam actiuum quàm pa... diuiditur in Compositum & Simplex seu indi...

COMPOSITVM est, quod consistit inter l... locatũ, quod est corpus. Sunt enim corpora ... liter & circunscriptiuè in loco: Quod est, sic to... catum esse in loco, vt vna eius pars in vna pa... sit, & altera pars in altera parte loci, ita vt parte... ti faciant latera continentis abinuicem distan... seiungi. Hoc modo Quantitates corporeæ, & S... tiæ his indutæ, sunt in loco, atque istud vocar... circunscribi seu ambiri.

VBI SIMPLEX est, secundum quod rem in... lem à loco indiuisibili dicimus contineri, v... hunc illam continere, vt relatio secundum q... gelus, vel anima dicitur esse in loco punctali.

Simile de Quando simplici & composito i... est. Nam Quando simplex, est habitudo rei te... lis ad tempus indiuisibile, vt, esse angeli in ... Quādo compositũ, est habitudo rei tẽpora...

diuiſibile,vt, eſſe hominis in anno.

- Vbi
  - Paſſiuum
    - Compoſitum
    - Simplex.
  - Actiuum
    - Compoſitum
    - Simplex.

- Quãdo
  - Paſſiuũ
    - Cõpoſitũ,vt eſſe in tẽpore
      - hoc
      - illo.
    - Simplex,vt,eſſe in inſtanti.
  - Actiuum. Et hoc ſimiliter diuiditur.

De Prædicamento SITVS.

Situs, eſt ordo quidã partiũ in toto vel loco.

- Hic duplex eſt
  - Quidam naturalis
  - Alter accidentalis.

SITVS NATVRALIS, eſt ordo partium in toto, nulla habita conſideratione loci, competens illis ex naturæ præſcripto. Vt ſitus, ſecundum quem naturaliter caput dicitur ſurſum, in ordine ad alia membra, etiam ſi fortè homo in caput ſuum ſteterit,pedibus in cœlum porrectis. Situs brachiorum in utroque latere,aurium in temporibus, & ita de ſimilibus.

SITVS ACCIDENTALIS, eſt ordo quidam partium adinuicem,quatenùs ſunt in loco, non neceſſariò competens eis à natura,vt,ſtatio,ſeſſio,accubitus, poſitio manuum ſuper caput,&c.

Huiuſmodi ſitus, licet immediatè partibus competat adinuicem,frequentius tamen tota ipſa denominare ſolet.Potiùs enim dicimus hominem ſedere,ſta-

re, iacere, quàm has aut illas partes.

Ex his autem patet, si homo erectus stet in pe[...] put ipsius ad reliquas partes habere situm [...] tam accidentalem, qui attenditur secund[...] cum, quàm naturalem, qui secundum natu[...] tius spectatur.

Situs
- Naturalis — Capitis sursum, Vētris ī medio } Hic, il[...]; Pedum deorsum, &c.
- Accidētalis — Sessio, Statio, Accubitus, [...]itus pedum sursum.

De Prædicamento HABITVS.

VLtimum Prædicamentum est Habitus, quià [...] tano satis luculenter finitur hoc modo:

Habitus est corporum, & eorum, [...] circa corpus sunt adiacentia, secun[...] quam, hæc quidem haberi, illa vero [...] bere dicuntur.

Vndè constat Habitum nihil esse aliud, quàm [...] tudinem siue respectum quendam corporis, & p[...] mùm humani, ad ea quibus indutū est, aut arm[...] vel ediuersò, horum ad illud. Quare & hoc Præ[...] mentum, sicut superiorum nonnulla, in actiu[...] passiuum primò diducitur. Diximus, & potiss[...] humani,

Nam

Nam natura cęteris animatib⁹, de veſtibus prouidit, & armis.

- Quibuſdam ſunt pro veſtibus pili, hirſutique villi.
- Alijs duram cutem, alijs teſtas, alijs ſquamas, alijs alia veſtimentorum loco, conceſſit natura.
- Taurorũ impetus cornibus armauit, Leonum rabiem, vnguibus.
- Apris fulmineos dedit dentes.
- Elephantos pręter cutẽ & molem, promuſcide quoque tutata eſt.
- Delphinis teli vice pĩnas addidit.
- Hiſtricem ſpinis,
- Raiam aculeis defendit.
- Gallis calcar adfixit.
- Columbis pernicitate proſpexit.
- Quibuſdã venenũ teli vice tribuit.
- Alia aliter communiuit.

Solum hominem nudum produxit, imbecillem, tenerum, inermem, molliſſima carne, læui cute. Nihil vſquàm in membris, quod pro veſtitu vel armis ad pugnam & violentiam datum videri poſſit: Sed pro omnibus huiuſmodi (quod multò præſtantius eſt) donatus eſt ingenio, intellectu, & manibus, quibus ſibi parare queat, quæcunque corporis ſui tuendæ ſaluti neceſſaria ſint munimenta, à quibus pręſentis Prędicamenti relationes proueniunt. Nihilominùs bruta quoq; animalia, nonnunquàm ab hominibus, eiuſmodi vel ornantur, vel armantur indumentis, Vt, equi phaleris: ſimiæ tunicellis: canes torquibus, &c.

Diuidi autem conſueuit Habitus,

In Habitum
- *Ornamenti*, quo quippiam h[...] dicitur ornatum quendam, quo[...] plurima habent mulierculæ, Quę ſua caudato veſtigia ſyrmate [...]runt.
- *Indumenti*, quo habetur ind[...]tum aliquod, ad conſeruationem [...]fenſionémve corporis ab extraneis [...]cumentis. Atque hic habitus [...]meſticum & militarē ſeu bellicum [...]ſtrahitur. Exempla patent in Ta[...] huius ſeriei.

Habitus
- Ornamenti
  - Annulatio
  - Coronatio
  - Redimitio mitræ.
- Indumēti
  - Domeſtici
    - Pileatio
    - Tunicatio
    - Induſiatio
    - Calceatio.
  - Militaris
    - Loricatio
    - Galeatio
    - Gladij accic[...]

ALIA, QVATVOR POSTE-riorum Prædicamentorum
Tractatio.

Sic de quatuor poſterioribus Prædicamentis ſcho[...] docent: nos de iiſdem paulò aliter (minùs, inqua[...] ſubtiliter, ſed vtiliùs & breuiùs & clariùs, magiſq[...] captum popularē) docuiſſe poteramus, quod alij [...]cent, nihil videlicet magnopere alienum habere qu[...]tuor poſteriora Prædicamenta ab iis, quas rerum c[...]cunſtantias Rhetores vocant. Vndè coniectura, c[...]

nioq;

nioq́ue de rebus inſtrui ſolet.

Et profectò hi quatuor ordines (cuius & Stapulenſis nos admonuit) aut nullum, aut planè exiguum ad Philoſophiæ diſciplinas habent momentum: ſed oratoribus, & hiſtoriarum ſcriptoribus accommodatiores exiſtunt. Quare nec nimis ſubtiliter de ijs diſſerendum, nec diu immorandum eſſe videtur.

V B I.

Vox Vbi, circunſtantiam ſignificat, quæ eſt Locus, vt locus cāthari in aquam collocati. Sed nominū localium magna multitudo, & varietas eſt: alia enim ſignificant proximum locum, qualis eſt ſuperficies illa ambiens cantharum in aquam miſſum. Alia ſignificant hoſpitia (vt ita dicam) vt filius Dei natus eſt in ſtabulo in Beth-lehem.

Sciant autem iuniores huc referri locorum, domi, foris, ſurſum, deorſum, in gymnaſio, in templo, in horto, Romæ, &c: appellationes, quatenùs loca ſunt, & corpora continent, non quatenùs ſunt figuræ, vel ædificia. In ſumma, quicquid reſpondemus ad interrogationem factam, vbi res ſit, aut geratur, eſt in hoc Prædicamento, vt, vbi eſt Ariſtoteles: eſt in Lycio, proficiſcitur Stagiram, ſpaciatur per hortum, diſcedit domo, &c.

V S V S.

Vſum Prædicamenti Vbi, potiſſimùm eſſe volunt ad deſcriptiones locorum.

Et multa grauiſſima maximéq; neceſſaria argumenta à loco ſumuntur, quia cuilibet rei finitæ neceſſe eſt locum, quemadmodum & tempus, attribui. Valet igitur argumentum: Cicero non fuit Romæ, quando Cæſar interfectus eſt, non interfecit igitur Cæſarem.

Q V A N D O.

QVANDO ſignificat circunſtantiàm, quæ eſt tẽpus.

Collocanda

Collocanda ſunt in hoc Prędicamento nomin[a]
uerbia tempus ſignificantia, vt ſunt, Hodie, h[eri]
Annus, ver, æſtas, autumnus, hyems: Menſis, c[alendæ]
idus, nonæ: Septimana, dies, hora. Et ætates, p[ueritia]
adoleſcẽtia, iuuẽtus, ſenectus, & ſimilia. In ſum[ma]
cunque reſpondentur ad interrogationem per [quan-]
do & quandiu, ſunt in hoc Prædicamento, vt te[mpore]
belli Troiani fuiſſe, tẽpore Caroli Quinti victo[riſſi-]
mi & potentiſſimi Cæſaris viuere.

VSVS.

Vſus Prædicamenti Quando, eſt ad deſcrip[tionem]
temporum.

Præterea ſumuntur ab hac circunſtantia vide[licet]
tempore, grauiſſima argumenta, vt, Chriſtus [fi-]
lius ex virgine natus eſt, Anno 42 imperij C[æſaris]
Auguſti, nondum deleta politia Moſaica, vt [præ-]
dictum fuit prædicaturum eſſe Meſſiam, & futu[ram ho-]
ſtimam, ſtante adhuc politia Moſaica. Impie
errant Iudæi, qui expectant adhuc natiuitatem [Meſ-]
ſiæ, poſtquàm tot iam ſeculis iacet funditus [euerſa]
Moſaica politia.

SITVS.

SITVS ſignificat corporis aut partium eius p[oſitionem]
ſeu ſtatum, vt, iacere, ſtare, ſupinum eſſe, pron[um eſſe.]
Et huc collocanda ſunt nomina, & uerba, quę t[ales]
ſitus ſignificant.

VSVS.

Huius Prædicamenti vſus eſt ad Proſopogra[phias,]
hoc eſt, deſcriptiones poſitus humanorũ corp[orum.]

Præterea hæc circunſtantia quæ eſt ſitus, non [huma-]
na ſolùm, ſed omnia comitatur corpora: & in [his]
obſeruatio neceſſaria eſt, quò partes ſpectent, [vt cum]
quærimus, quò ſpectarit Cometæ mucro ſeu c[auda.]

HABITVS.

HABITVS significat hoc loco vestitum. Et huc vestium, & aliorum tegumentorum nomina (de quibus apud Baysium) collocanda sunt, vt, tunica, thorax, calceus, pileus, galea. clypeus, &c.

VSVS.

Vtilitas huius Prædicamenti. est ad differentias vestituum, & armorum, vnde plerunque coniecturalis status confirmatio depromitur.

Estque hîc ratio vestiendi, armandíue consideranda, non materia aut figura.

Hactenùs de Prædicamentis satìs dictum est.

VSVS

Prædicamentorum.

Quanquàm suprà monuimus, quo consilio veteres omnium rerum nomina in has classes seu ordines distribuerint, tamen idem redigere in memoriam lectori hoc loco visum est, vt sciat, quam vtilitatem ex hac parte Dialectices petere debeat. Ideo hæ nominum classes factæ sunt, vt cùm definire voles, scias singularum vocum genera, vbi inuenias.

Próinde, cùm vocis alicuius definitionem voles contexere, ad hos ordines, velut ad penu recurrendum est, vndè materiam depromas, ita conferunt hi ordines ad definiendum nec minùs ad diuidendum conducunt, vt in Definitionibus & Diuisionibus conspicietur.

Et alias prætereà vtilitates adferunt: Ad inuenienda argumenta, ad theses & hypotheses tractādas, ad quęrendas rerum caussas, de qua vtilitate infrà in Topicis dicemus.

TRACTATV

TERTIVS

De Poſtprædicamentis.

VIncimur hîc Scholarum conſuetudine, que modum aliàs ſæpius, vt vocabulo Poſtpra menti vtamur ineruditè excogitato. Nec obſc. doctrina huius partis, cùm ſit, vt quidam volunt ſus Grammatica vocabulorum aliquot ambigu enarratio, ob hoc ab Ariſtotele, poſtq̃ abſolut. ctrinam Prædicamentorum, adiecta, vt mone: Prædicamẽtis ἀμφιβολογίας diligenter & fugie & explicandas eſſe. Nominant ergò Poſtprædica ta interpretationẽ quorũdam nominũ ambiguo.

Poſtprædicamenta ſunt quinque	Oppoſita.	Ἀντικείμενα.
	Prius.	πρότερον.
	Simul.	ἅμα.
	Motus.	κίνησις.
	Habere.	Τὸ ἔχειν.

Quibus alia plura addere, nullum fuerit nefas noſtri non eſt inſtituti, aliorum, præter hæc qu Ariſtotele ſunt poſita, declarationem perſequi.

Vt igitur ab Oppoſitis cum Ariſtotele auſpice præmonendum videtur, non hîc agi de Oppoſit. propoſitionũ, de qua in ſequẽti libro περὶ ἑρμη. dicetur, ſed tantùm de Oppoſitione incomplexo ſimpliciumque, ſiue ſignorum, ſiue rerum: qual inter patrem & filium: albedinem atque nigredin & alia huiuſmodi.

Deinde præmittenda videtur definitio Repugn tium, quæ ad Oppoſita, rationem habent magis c munis, vt ex Rodolpho Agricola conſtare pote bro pri

bro primo, capite 26. de Oppositis.

FINITIO
Repugnantium.

Repugnantia sunt, quæ de eodem singulari verè adfirmari non possunt.

Vt, homo & asinus, album & nigrum.

DIVISIO
Repugnantium.

Repugnantia vulgò diuidimus in { *Opposita & Disparata.* }

Et quæ nos vocamus disparata, quasi dicas dissepa-rata. ea Rodolphus differentia appellat, quæ licèt repugnare inuicem dicantur, non tamen admittuntur opponi, vt, planta & animal.

Opponi autem ea dúntaxat volunt, quæ sic repugnant, vt neutrum eorum alicui tertio, eodem modo repugnet.

Quæ nos opposita vocamus, Ciceronem in Topicis contraria dixisse in confesso est. Boëtius autem quarto Commentariorum libro, quos scripsit in Topica Ciceronis, veriùs & commodiùs Opposita putauit dici: quoniam, quæ Græcis τὰ ἐναντία, Ciceroni aduersa vocantur, ea meliùs & aptiùs contrariorum nomen susceptura viderētur. Vtcunque vocentur, haud multùm intererit. Nos Boëtium, quando vsus magìs hunc in morem triuit ea nomina, sequamur.

Opposita

Opposita igitur sunt, album & nigrum, pate[r]
lius, visus & cæcitas, bonum & non bonum. Alb[um]
nim licèt non albo opponatur, nulli tamen e[o]
modo seu eodem repugnantiæ genere repugna[re]
uenietur sicut nigro: nec ediuerso, nigrum ali[i]
albo, repugnabit, nulli enim alteri contrariè p[...]
& ita de cæteris Vnde patet idē pluribus opp[o]
esse posse, secundum diuersa oppositionis gener[a].

DIVISIO

Oppositorum.

Dicitur aūt alterū alteri opponi quadrupliciter,

- ὡσ τὰ πρός τι, *Relatiuè*, vt, duplū dim[idio]
- ὡσ τὰ ἐναντία, *Contrariè*, vt, bonum m[alo]
- ὡσ στέρησις καὶ ἕξις, *Priuatiuè*, vt, cæcitas v[isui]
- ὡσ κατάφασις καὶ ἀπόφα[σις], *Cōtradictoriè*, vt, seder[e] (sede[re])

FINITIO
Relatiuè oppositorum.

Relatiuè opposita sūt, quæ ea ipsa q[uæ] sunt, oppositorum dicuntur, aut quom[o]dolibet aliter ad ea.

Vt, duplum id quod est, alterius dicitur: Sic & di[sci]plina disciplinato Relatiuè opposita est, & ecōtra.
Item pater filio, dominus seruo relatiuè opponitur.
Definitio satis manifesta est ex priore definiti[one]
Ad aliquid, cui prorsus eadē est, nisi quòd loco al[ioru]m, dicitur hîc, oppositorum. Consistit autem Re[la]tiuoru[m]

tiuorum oppoſitio ſecundum Boëtium in hoc, quòd non dicantur de eodem, comparatione eiuſdem, ſecundum idem, & eadem ratione.

Quare data Ariſtotelis definitio non explicat, in quo conſiſtat relatiuè opponi, ſeu quid ſint relatiuè oppoſita, inquantum huiuſmodi: Sed eſt potiùs regula quędam vtilis ad cognoſcendum, quænam ſint relatiuè oppoſita, docens ea ſemper eſſe correlatiua. Omnia enim & ſola correlatiua, ſunt relatiuè oppoſita.

DEFINITIO
Contrariorum.

* *Contraria ſunt oppoſita, quæ poſita ſub eodem genere, maximè à ſeinuicem diſtant, eidem ſubiecto ſuſceptibili viciſsim inſunt, à quo ſe mutuò expellunt, niſi alterum inſit à natura.*

Vt, calor & frigus, ſpecies ſunt eiuſdem generis, vtpote, Qualitatis tágibilis: & ita ſecũdum ſuam naturam repugnant, vt nulla alia ſub eodem genere poſita magis repugnent: & inſunt cuilibet eidem ſubiecto ſuſceptibili viciſſim, ſic, quòd vno expulſo, alterum ſuſcipiatur, vt patet in aqua. Igni tamen viciſſim ineſſe nõ poſſunt, quòd calor illi inſit à natura, hoc eſt, naturaliter & inſeparabiliter.

DIVISIO

DIVISIO
Contrariorum.

* *Contrariorum* { *Alia sunt cont.* *immediata*, vt, æ do, & sanitas. / *Alia sunt contr.* *mediata*, vt, albu nigrum.

Diuiso sic repetito in membris, fit diuisio Tot. modo in Partes: Si verò non repetatur, est diuisi cidentis in accidentia.

FINITIO
Contrariorum immediatorum.

* *Contraria immediata sunt, quorum in quibus nata sunt fieri, vel de qui prædicantur, alterum inesse est ne sarium.*

Hoc est, contraria immediata sunt cõtraria, quo cuilibet subiecto susceptibili est necesse alterum se, quandiu subiectum est: vt, cuilibet animali ne est sanitatem vel ægritudinem inesse, quandiu est animal.

FINITIO
Contrariorum mediatorum.

* *Contraria mediata sunt, quorum n*

est necs.

est necessarium, in quibus nata sunt fieri, vel de quibus prædicantur, alterum inesse.

Hoc est, contraria mediata sunt contraria, quorum non cuilibet subiecto susceptibili, quandiu ipsum est, necesse est alterum inesse. Neque enim cuilibet subiecto albedinis & nigredinis susceptiuo, necesse est albedinem inesse aut nigredinem, sed potest ei inesse pallor, flauus color, &c. Alicui igitur subiecto susceptibili possibile est neutrum inesse, vt corpori flauo, rufo, aut etiam plenè rubro, neutrum contrariorum inest.

Et huiusmodi corpus Aristoteli in textu Medium vocatur, cùm de cōtrarijs mediatis dicit: Quorundam mediis esse nomina posita, vt albi & nigri, fuscum & pallidum: Aliquorum verò medijs non esse nomina imposita, sed vtriusq; extremorum negatione adsignari, vt neque bonum neque malum, neque iustum neque iniustum.

Medium itaque in contrarijs mediatis est, subiectum susceptibile, de quo neutrum contrariorum verè potest adfirmari, Porrò neque bonum, neque malū, vocatur subiectum susceptibile bonitatis aut malitiæ, cui neutrum tamen inest. Hinc constare potest, non ob hoc contraria aliqua dicta esse mediata, quasi omnia huiusmodi formam habeant mediam: id enim de iustitia & iniustitia falsum est. Non est tamē negandum multa esse quæ habeant formas medias, vt sunt vitia extrema, & item extremæ qualitates contrariæ tertiæ speciei.

FINITIO
Priuatiuè oppositorum.

* *Priuatiuè opposita sunt, quæ habent*

fieri circa idem aliquid, ordine irre
sibili, tempore à natura determina

Definitum Priuatiuè opposita (quemadmod. bitus & priuatio, quæ simul sumpta illi æquip capitur pro illis, quæ propriè & specialiter tal hoc est, quæ sic se habent, vt ex habitu fieri qu uatio, non autem contrà : Talia autem existu rum alterum est priuatio, tollens naturalem al potentiam, vt visus & cæcitas sunt hoc lo uatiuè opposita, quia sunt opposita, quæ habe circa idem aliquid, putà circa oculum, ordi gressibili, &c.

Porrò definitio ipsa Priuatiuè oppositorum in modum intelligitur:

Priuatiuè opposita sunt opposita, quæ habe circa quoduis idem numero subiectum, tali or ab vno procedatur in aliud, non contrà, idq; te à natura cõstituto, & nisi alterum insit à natu

Prius illud, tempore à natura &c, additur ad randum non semper subiecto susceptibili alte esse. catulo enim ante nonum diem, neq; ines neque cæcitas.

Posterius (nisi alterum insit à natura) necessa ditur: Nam tactus & priuatio tactus, Item, inte & priuatio intellectus circa nullum idem habe ri, quia alterum inest omni subiecto susceptibi tura: vt, tactus omni animali naturaliter & ins biliter inest, & intellectus sic omni inest homi

Habere autem fieri circa quoduis idem, est c inesse, seu prædicari de quolibet eodem subiec vt de nullo possit dici vnum, de quo eodem n ro non sit reliquum dici aptum: Sic nulli visus potest, quin eidem cæcitas queat inesse, & cont

Non habent fieri circa quoduis idem, quædam contradictoria, quibus definitionis reliquæ partes conuenire videntur: Album enim & non album si comparentur ad cygnum, habent fieri circa ipsum ordine irregressibili, tempore à natura determinato: Nam posteaq̃ cōstituto à natura tēpore albus est cygnus, nunquam erit nō albus: sed nō habent fieri circa quoduis idem. Nam non album dicitur de Deo, de angelis, & multis alijs, de quibus album dici nequit.

FINITIO
Contradictoriè Oppositorum.

* *Contradictoriè opposita, sunt inter quæ non est dare medium secundum se.*

Hoc est, Contradicentia sunt opposita, quibus ratione mutuę oppositionis repugnat dari inter illa medium.

Medium autem hoc loco dicitur res singularis subsistens, de qua ambo vel adfirmantur vel negantur, vt inter album & dulce, medium est hoc lac, & hoc fel, quorum istud quidem medium negationis, illud verò appellatum est medium adfirmationis.

Omnibus ergo oppositis commune est, non habere medium adfirmationis, saltem cōparatione eiusdem, sed solis contradictorijs proprium est, secundū se nullum omninò, nec adfirmationis, nec negationis pati medium. Nam aliquid est, quod neque album est neque nigrum: Aliquid etiam, quod neque sanum sit neque ægrū. Non enim dicuntur contraria immediata, quasi nullum penitus medium habeant, sed quia nullum mediū alterius eorum susceptibile patiuntur.

Rursus quippiam inuenias, quod nec pater sit nec filius, nec cæcū nec visu prędituū. Sed nihil prorsus existit, quod neque currat, neque non currat: aut quod neque sit homo, neque non homo, & ita de cæteris

contradicentibus, siue verbo siue nomine exp
tur. Nam quod de Chimæra à nonnullis am
vtrum sit non homo, similiter de Antichristo
absoluta copula à tempore) homo an nō homo
cēdus sit, nihil potest efficere, quū huiusmodi
sint res existētes. Sed de hoc alias dicetur.

Particulam (secundum se) adiectam volunt ad
dendum hominem, & non rationale: substan
accidens: creatorem & creaturam, aliáque eius
nis, quæ aut opposita non sunt, sed disparata ta
aut non secundum se propriæque oppositionis
omne medium respuunt.

QVINQVE
Proprietates Contrariorum.

Quia inter quadruplicia opposita priùs enume
frequentior est vsus contrariorum: ideo Aristote
hac parte tradidit quinque Proprietates seu Con
nes, vt pleniùs habeatur eorum cognitio.

PRIMA PROPRIETAS
duas habet partes,
QVARVM PRIOR EST.

** Bono de necessitate cōtrariatur ma*

Cuius sensus est: Necessariò si alicui bono quipp
trariū fuerit, illud erit malum: Vel (vt apertius
tur) Quicquid cōtrariū est bono, illud est malu
perātia bona est & cōueniens secundū naturā, c
trariatur intēperantia, quæ mala est, naturæq; c
ueniēs. Non autē, omni bono aliqd est cōtrariu
sus & visio bonum est oculi, eiusque perfectio, q
nihil est contrarium.

Intellectus quoque, & intelligibiles species, & i
ligendi actus, bona quædam sunt animæ ratio
nullum penitus contrarium habentia, idque in
ribu

ribus alijs licet reperire. Non igitur omni bono aliquod est contrarium malum, sed tantùm oportet omne id quod bono contrarium fuerit, esse de genere malorum. Et quemadmodum nō omni bono aliquid est contrarium, sic nec omne malum, contrarium habet. Priuationes enim bonorum malæ sunt, quibus tamen nihil opponitur contrariè.

ALTERA
pars est.

* *Malo aliquando bonum, aliquando malum est contrarium.*

Hoc est, non omne id quod malo est contrarium, est bonum. Sed eidem malo aliquando contrarium est vnum, quod bonum est, & alterum quod est malum, vt, timiditati contrariè opponitur non solùm fortitudo, sed etiam temeritas: auaritiæ non solùm liberalitas, sed & prodigalitas contraria est.

SECVNDA.

* *Si vnum contrariorum sit, non est necesse reliquum esse.*

Hoc est, non est necessarium, si vna qualitas contraria sit, alteram esse. Nam si omnes sint sani, sanitas quidem erit, languor verò non erit. Similiter, si omnia sint alba, albedo quidem erit, non autem nigredo.

Distinguit autem hęc proprietas, ea quę denominantur esse contraria: cuiusmodi sunt sanitas & ægritudo, albedo & nigredo: ab ijs quæ relatiuè dicuntur opponi, vt sunt pater & filius, dominus & seruus, quæ simul esse natura, dictum est priùs.

TERTIA.

** Impoßibile est vtrunque contrarrum eidem simul inesse.*

Vt, si Pantaleon est sanus, non languet. Hæc cō[...] contrarijs est cum reliquis oppositorum gen[...] communis.

Limitari autem solet adiectione harū particula[...] secundum eandem partē, ac in gradibus intēsio[...]

QVARTA.

** Contraria apta sunt fieri circa id[...] specie aut genere.*

Hoc est, Omnia contraria, aut tantùm versantur [...]ca subiecta vnius eiusdemq́ue speciei, aut tantum [...]ca eiusdem generis subiecta.

Fieri itaque circa idem specie, est inesse subi[...] eiusdem speciei, ita vt non diuersarum specie[...] intelligendo de subiectis eiusdem ordinis, hoc e[...] mediatis, aut saltem a què mediatis: Sic, iustitia [...] iustitia fieri habet circa homines, qui omnes eiu[...] sunt speciei.

Fieri circa idem genere, est inesse subiectis di[...]sarum specierum, & nō tantùm eiusdem speciei [...]iectis: conferendo rursus subiecta immediata [...] mediatis, aut mediata alijs æquè mediatis. [...] accidit eadem contraria sub vtroque membro c[...]neri, diuersorum subiectorum comparatione [...] albedo & nigredo habēt fieri circa idem specie, si [...]ferantur ad immediata subiecta, quæ sunt superfi[...] Omnes nanque superficies eiusdem sunt speciei [...]rò ad vltima subiecta referātur, fieri habent, circa [...]

de[...]

dem genere. Nam circa corpora Prædicamenti Substantię. Omnis enī color immediatè in superficie subiectatur, huius verò interuentu in corpore Prædicamenti Substantiæ, cuius varias esse species est notum. Rectè autem Aristoteles neglexit tertium mēbrum (aut circa idem numero) nam nulla contraria eidem numero subiecto sunt addicta.

QVINTA,
quæ innuit diuersitatem quandam contrariorum, est hæc:

* *Omnia contraria, vel in eodem esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa esse genera necessarium est.*

Vt, album & nigrum in eodem genere sunt, vtpote colore: Iustitia verò & iniustitia in contrarijs generibus, quæ sunt virtus & vitium. At bonum & malum non sunt in genere, sed aliquorum ipsa sunt genera.

Membra dictę Proprietatis, si tantùm ratione distinguantur, omnia vera sunt, neq; vlla opus est anxietate ad ea acutè distinguenda: Sin verò reipsa distinguere velis, vt ex Aristotelis declaratione apparet faciendum, vltimum falsum est: adiectum tamen ex recepta, Aristotelis tempore, Pythagoricorum sentētia, qui tantùm ponebant duas entium series seu coordinationes, vnam bonorum, & alteram malorum, in quibus summa genera erant Bonum & Malū. Dicentur autem ea esse in eodem genere, quæ immediatè sub eodem genere continentur: Ea verò in cōtrarijs sunt generibus, quę sub talibus immediatè sunt. Prius, contrarijs naturalibus: posterius, moralib⁹ tribuere solen-

VSVS

Oppositorum.

Prodest oppositorum distinctio, vt rectè int[...] tur Proprietas illa, cuius aliquoties mentione[...] mus in Prædicamentis: Substantiæ quidem & [...] titati nihil: Qualitati verò aliquid contrariu[...] dicentes. Nam quum vox Contrarietatis la[...] propriè sumi soleat, & extendi nonnunqu[...] bitum & priuationem, sitque secundũ hanc acce[...] nem Quantitati aliquid contrarium, atque [...] Substantiæ: iuxta illud ipsius Aristotelis dictu[...] Physicis: In omni genere summo est quædam [...] contrarietas, posset quis tanquàm falsa dicente[...] præhendere Aristotelem.

Quamobrẽ monemur distinctiõe oppositorũ cõ[...] ria quibusdã Prędicamẽtorũ ordinibus vel adim[...] tribui. Ea enim quę hìc cõtraria sunt definita pr[...] nimirũ, solũ Qualitatis Prædicamẽto attribuun[...] non alijs: largiùs accepta etiam alijs tribuuntu[...]

Valet & eius cognitio ad Topica. Nam suppe[...] nobis argumentandi materiam, quemadmod[...] uente Deo) in Topicis videbitur.

De modis Prioris,

TRACTATVS TERTII CAPVT II.

Significationes seu modi Prioris ponuntur qui[...] quatuor quidem, quos ante Aristotelẽ alij tra[...] dere, quintus verò, quem ipse adiecit.

PRIMVS EST.

Primò & propriissimè dicitur pri[...]

secund[...]

secundum tempus.

Sic Socrates tempore prior fuit Aristotele.

SECVNDVS.

* *Secundo Prius dicitur, à quo non conuertitur essendi consequentia.*

Vt vnum, prius est duobus. Existentibus enim duobus, consequens est vnum esse, & non contrà.

ESSENDI consequentia est, in qua ex vnius existentia, infertur existentia alterius, vt cum dico, duo homines sunt, ergo vnus homo est. Item, homo est, ergo animal est. Et hæ consecutiones non sunt reciprocę seu conuertibiles, quia non sequitur: animal est, ergo homo est: vnus homo est, ergo duo homines sunt, & item de similibus.

Aliæ sunt essendi consequentiæ reciprocæ, in quibus sicut ex antecedente consequens, sic ex consequente antecedēs sequitur, vt, pater est, ergo filius est: & ediuersò, filius est, ergo pater est: sic, numerus est, ergo binarius est, & rursum, binarius est, ergo numerus est.

Vndè constare potest exceptionem admittere quod hîc dicere solent: Secundo modo Prioris omnia genera priora esse suis speciebus, & species omnes indiuiduis suis, sed neq; solis his secūdus modus competit, verùm alijs quoque, vt, Deus sic prior est homine, fundamentum domo, vnitas numero, & omnis numerus minor, maiore: tactus visu, &c.

TERTIVS.

* *Tertio modo Prius dicitur secundum quendam ordinem.*

Vt, in

Vt,in Grammatica, elementa priora sunt syllab[...] Rhetorica,exordium prius dicitur narratione.

QVARTVS.

Quarto modo Prius dicitur, quod [...]lius est & honorabilius.

Hoc est,quod prius est dignitate. Sic Imperator [...] prior est, Rex duce, Dux milite,Consul senatore, [...]mo bruto.

QVINTVS.

Quintus Prioris modus est, secun[...] quem, eorum quæ conuertuntur sec[...] dum essendi cōsequentiā, illud est pri[...] quod alterius aliquo modo est causs[...]

Vt,lux lumine dicitur prior. Nam data luce, lu[...] quoque datur, & vice versa,dato lumine, datu[...] lux autē luminis est caussa,vt in Physicis dicend[...]

Et his quinque modis Prioris, totidem respon[...] modi Posterioris,iuxta regulam:

Tot modis dicitur vnum oppositorum, quot mo[...] reliquum.

Quinto autem modo nouissimè exposito,accidit [...] prius esse & posteruis, non tantùm comparatione [...]uersorum,sed etiam eiusdem, diuersis tamen rati[...]bus,vt facile fuerit declarare in ambulatione & [...]tate,quæ sibi mutuo caussæ sunt & effectus in du[...] caussarum generibus.

Vn-

Vt verò retineatur horum modorum ordo, notentur hi duo versiculi:

Tempore, natura, prius ordine, dic & honore,
Caussam caussato dicimus esse prius.

VSVS
Modorum Prioris.

Partim, vt rectiùs intelligamus id quod dictum est, Relatiua esse simul natura, quando ea quæ priora seu posteriora sunt, simul esse nequeūt, & Relatiuum vnū altero non nisi quarto modo, qui planè improprius est, & omnium modorum alienissimus (teste Aristotele) dicatur prius.

Partim, ne putemus, male Indiuiduas substantias ab Aristotele primas esse appellatas: species & genera earum secundas, dum cernimus non id modò prius posse vocari, quod natura prius est, sed id quoque quod ordine præcedit. Itaque quum Indiuidua ordine speciebus atque generibus suis præeant, hac ratione rectè primæ substantiæ vocantur.

De modis simul,

TRACTATVS TERTII, CAPVT III.

Modos seu significationes Simul adsignat Aristoteles tres.

PRIMVS MODVS EST.

* *Proprijssimè & simpliciter dicuntur Simul, quorum generatio est in eodem tempore.*

Sic ge-

Sic gemelli ſunt ſimul:

Notiſſima eſt hæc temporis ſignificatio, ſeque minùs cōſpicuę ſunt, ſed tamē vtilē doctrinā con

SECVNDVS.

** Secundus modus eſt, quo illa dicunt eſſe Simul, quæ conuertuntur ſecundu eſſendi conſequentiam, & neutrum c cauſſa alteri, vt ſit.*

Vt, duplum & dimidium, ſic reciprocantur, Nam duplum ſit, dimidiū eſt: & ſi dimidiū ſit, eſt dupl nec vnū eſt cauſſa, cur ſit alterum. Rurſus appel domini poſtulat poni ſeruū: amiſſo ſeruo, extincta relatio domini, quia vniuerſaliter relatio extigun extincto altero correlatiuorum.

TERTIVS.

** Dicuntur etiam Simul, quæ ex eode genere ediuerſò à ſeinuicem diuiduntu*

Ediuerſò autem diuidi abinuicem dicuntur, quæ eadem ſunt diuiſione, vt, homo & brutum ex diui ne animalis: Item, Quantitas cōtinua, & Quātitas c creta, quæ tanquàm diſtincta membra ſumuntur eadem diuiſione, explicante immediatè Quantita poteſtatem atque amplitudinem.

Tres iſti modi retinentur his verſiculis:

Tempore dico Simul, quorum generatio nunc eſt,
Quæ conuertuntur dicimus eſſe Simul.
Suntq; Simul ſpecies genus vnum condiuidentes.

Aduerte Lector, quotieſcunque verſiculos nominamus, nos velut vulgo notiſſima carmina d

ſigna

ſignare, quibus Scholaſtici retinere præcepta quædã cõſueuerunt, quę, vt hoc ſemel moneamus, ne ſit perpetuò repetendũ, non admodùm exacta eſſe ſolent, quod hìc vel vox (condiuidentes) oſtendit. Accipiantur itáque hęc & quæ pręceſſerunt, quęque ſubſequentur verſiculorum nomine, tãquàm Scholis tritiſſima, memorię cauſſa à maioribus noſtris cõficta.

Prætereà aduerte ex tribus modis dictis, duos commodè fieri poſſe, ſecundum ſubdiuidendo.

- *Simul*
  - *Tempore*
  - *Natura*
    - Quæ reciprocantur, cùm demonſtratur ex conſecutione, ſi vnũ ſit, alterũ eſſe: neutrumq; cauſſa eſt, cur alterum ſit.
    - Quæ ex eodẽ genere deducta, in eadẽ ſunt diſtributione, vt ſpecies idẽ genus diuidentes.

VSVS.

Conferũt hi modi Simul ad ea, quę priùs dicta ſunt, perfectiùs cognoſcenda. Tertius quidem, ad omnem diuiſionem generis, in ſuas ſpecies ſub ſe immediatè contẽtas. Secũdus, ad ſecũdã proprietatẽ Ad aliquid. Hìc enim explicatur, quæ propriè ſint Simul natura. Primus, ad cognoſcendum, quod ea quæ multa ſunt atq; diuerſa (ſiue eiuſdẽ Pręcamẽti fuerint, ſiue diuerſorũ) nõ ita repugnant, quin poſſint ſimul eſſe tpe.

De Motus generibus

TRACTATVS TERTII CAPVT IIII.

HAud abſurdè ſuſpicãtur quidam, Ariſtotelem idcirco Motum ipſum ad Poſtprædicamenta reiecisse, vt

ciſſe, vt indicaret nullius generis ſummi ipſue... ciem: Quanquàm non deſunt, qui ad Actionis... niſque ordinem, verba & nomina verbalia ... gnificantia, reuera pertinere volunt. quod ... conſentaneum vero, relinquo alijs diſcutiendu... de Motus generibus nihil ſubtiliter hic diſpu... breuiſſimè recitabimus vulgares deſcriptiones... noſſe vtile eſt.

* Sex vſitatè numerātur ſpecies motus.	Generatio	γένεσις
	Corruptio	φθορά
	Augmentatio	αὔξησις
	Diminutio	μείωσις
	Alteratio	ἀλλοίωσις
	Mot⁹ localis.	ἡ κατὰ τόπον μετ...

NOMINE Generationis & Corruptionis v... cùm de ſubſtantiali mutatione loquimur. Nec ... quærenda eſt, ſed conſuetudo ſic loqui docet.

EST autem Generatio, motus à non eſſe ad ...

CORRVPTIO, eſt motus ab eſſe ad non eſſ...

NOMINE Augmētationis & Diminutionis ... in mutatione Quantitatum.

EST autem Augmentatio, mutatio, qua ... maior quātitas. Quomodò id fiat, an appo... tium, an alijs modis, hic non diſputandum e...

DIMINVTIO, eſt mutatio, qua fit minor ...

NOMINE Alterationis de Qualitatibus v...

EST autem Alteratio motus, quo alia qu... quiritur, vt, calfactio, frigefactio, dealbatio, &...

MOTVS Localis, eſt motus, quo ſubinde a... cium occupatur.

VSVS.

Ponitur noſtro iudicio hæc motuum ſeu m... num diſtinctio, propter Subſtātię vltimam ... ſignatā proprietatē, qua dictum eſt, Subſtātia ...

riorum esse susceptibilē, secūdum sui mutationē. Hoc enim accidit illi per alterationem, quinta Motus speciem. An verò ob aliā caussam priùs indicatam, alias oportuniùs dicetur.

De modis habendi,

CAPVT VLTIMVM.

VErbū Habere, in omnib' linguis latè vagatur. Aliter enim habētur ptes substātiarū, vt, mēbra corporis: Aliter accidētia: Aliter cōtēta: Aliter vestit', &c.

Octo numerantur ab Aristotele modi Habendi: aut enī habere dicimur

- *Qualitatem*, vt, scientiam, & virtutes.
- *Quātitatem*, vt, magnitudinē septem pedum.
- *Ea quæ circa corpus sunt*, vt, tunicam, vel gladium.
- *Aliquid ī corporis parte*, vt, in manu annulum aureum.
- *Partem*, vt, pedē, vel manum.
- *Continens cōtentum*, vt, modius grana tritici, aut lagena vinū.
- *Possessionē*, vt, domū, vel agrū.
- *Vir vxorē, & vxor virū.* Sed hic modus omnium horū alienissim' videtur Aristoteli. Qui hoc modo habet, etiam habetur, quod alijs modis non contingit.

Hi modi retinentur his versiculis.

Affectum, quantum, vestitum dic velut aurum.
Membrum, contentum, possessio, vir mulierem.

Vsus

VSVS
Modorum Habendi.

Prodest distinctio modorum τοῦ ἔχειν seu Haben-
di ad Prædicamenta perfectiùs intelligenda, & præ-
sertim ad Prædicamentum Habitus, quo solùm mo-
dus tertius & quartus spectant. Nam ab illius Præ-
camēti relatione dicimur habere, tū ea quæ circa cor-
pus existunt, vt, vestem vel gladium: tum ea quæ
corporis parte sunt, vt, in digito annulum.

Reliqua habēdi genera alius aliò, pleriq; εἰς τὴν
τηγορίαν τῶν πρός τι seu ad Ad aliquid referunt:
alij contrà disputāt. Sed priùs monuimus fugiend
esse otiosam subtilitatem. Quare non conuenit
anxiè perquirere, vtrum in eandem aliquam comm
nem rationem omnes habēdi significationes con
dant nec ne? & ad quas Prędicamentorum classes
guli pertineant modi. Satis sit tertium & quartum
tra controuersiam in eodem genere conuenire.

Hactenus ad Kategoriarum Aristotelis nonnul
explicationem, quę potiora, excellentioráque
nimus ex eruditissimis fideliter excerpsisse, ac d
dè proposuisse sufficiat.

Sequitur Tabula seorsum excusa ob angustiā chart
vniuersam operis Kategoriarum materiam &
vsum breuiter complectens, ad memo-
riam puerorum iuuandam.

Post hæc Definiendi, Diuidēdiq; rationes tradem

BREVI

BREVIS ET GENERALIS

VNIVERSAM KATEGORIARVM ARISTOTELIS MATERIAM ET VSVM, PAVCIS COMplectens, ad memoriam puerorum iuuandam,

TABVLA.

ARISTOTELIS CATEGORIARVM OPVS DISTRIBVITVR

- Εἰς τὰ πρὸ τῶν κατηγοριῶν, vulgò *Anteprædicamenta*, quæ sunt,
  - TRES *Definitiões*
    - *Æquiuocorum*
    - *Vniuocorum*
    - *Denominatiuorũ*
    - Hinc vtiliter cognoscitur vocũ simpliciũ diuersitas, atque triplex Prędicatio
      - *Æquiuoca*, à disciplinis rei...
      - *Vniuoca*, & essentialis.
      - *Denominatiua*, & Accidentalis.
      - (Vniuoca, Denominatiua:) Philosophi...
  - DVAE *Diuisiones*
    - *Vocum*
    - *Rerum*
    - Hinc cognoscitur, quæ à Prædicamentis abarceantur: Item, quæ in eodem, quæ in diuersis sint Kategorijs.
  - DVAE *Regulæ*
    - *Quando alterum, &c,*
    - *Diuersorũ generũ, &c,*
    - Hæ docent habitudinem rerum eiusdem Prę... menti, & Prædicamentorum naturas non pe... stas esse.
- Εἰς τὰς κατηγορίας .i. *Prædicamẽta* quorum vsus ad definiendum, ad diuidendũ, ad propositiões aut syllogismos contexendos, ad Topica &c, necessarius est. Et generatim Kategorię diuidũtur in
  - *Substantiam*, Quę in primam & secundam diuisa, sex proprietatibus explicatur.
  - *Accidens*
    - *Per se spectatũ*,
      - *Diuisionis capax*, vt est *Quantitas*: Quæ bipartitò di... tribus declaratur proprietatibus.
      - *Diuisionis expers*, vt *Qualitas est*: Quæ species 4, p... tes tres habet.
    - *Relata*, Gręcè τὰ πρός τι, vulgò Ad aliquid, quę Aristoteles duabus finitio... cõmunitatibus duabus, & proprietatibus totidẽ explicat. Sub... cæteras relationes omnes (quas breuissimè Aristoteles perstrinxit... solùm Actionis Passionisq; cõditionibus duabus) cõpræhendere p...
- Εἰς τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας vulgò *Postp̃dicamenta*, quæ quinque ambigua explicant, ad exactiorem Prædicamentorum intelligentiam.
  - *Opposita*
    - *Relatiuè*
    - *Contrariè*, quę, diuisa in immediata & mediata, quinq; proprietatibus explicantur.
    - *Priuatiuè*
    - *Contradictoriè*.
    - Ex oppositorum distinctio... liguntur quędã proprietate... stantiæ, Quantitatis, Quali... aliquid, Actionis & Passionis
  - *Prius*
    - ...ore
    - Natur...
    - Ordine
    - Digni...
    - Ca...a.
  - *Simul*
    - Tem...ore
    - Natura
      - Quæ reciprocantur,
      - Quæ idẽ genus diuidunt.
  - (Prius, Simul:) Prioris & Simul distínctio ad secundã ... tatem Ad aliquid, & omnẽ generis in... diuisionem conducit.
  - *Motus*
    - Generatio
    - Corruptio
    - Augmentatio
    - Diminutio
    - Alteratio
    - Motus localis.
    - Hinc illud pleniùs cognoscitur, quod in sexta Substantiæ ... te dictum est: Substantiam secundum sui mutationem ... traria: Fit enim hoc ea mutatione, quã hîc Alterationem ...
  - *Habere*, cuius octo modos ex Aristotele enumerauimus, quorum tertius & quartus ad ... Prædicamentum spectant.

¶ *Sed hæc omnia, latiùs in Prædicamentis à nobis sunt declarata.*

COMPENDIARIA DEFINIENDI, Diuidendiq́ Ratio.

ETSI apud Aristotelem nihil hîc de Definiendi, Diuidendiue ratione sequitur (Na Prædicamẽtis proximus liber περὶ ἑρμηνείας est) nos tamen, postquàm hactenus de vocum simplicium discrimine ac domicilijs dictum est, rectè addiderimus doctrinam Definitionum, & Diuisionum, quarum membra præcipua sumũtur ex simplicibus illis, & propter quas superior omnis doctrina traditur. Neque vlla est Dialectices pars, in qua magis laborandum esse arbitrantur omnes eruditi: propterea quòd error quanlibet in definiendo exiguus, breui fit ingens, procedẽte disceptatione. Quòd si rectè sit ab exordio definitum, omnia certiora existunt, & multò facilima.

Proximum est, vt quum rectè quid sit, vnumquodq; dixeris, déinde quotuplex sit, ostendas: id conducet ad rei quæ tractatur naturam clariùs demõstrandam: Præcipuè verò ad orationis copiam, dum vnum aliquid, quod multa ambitu suo complectitur, in partes spargis. Hæc de vsu Definitionũ & Diuisionum præfati, a Definiendi ratione auspicemur.

Principiò autem, quid definitio sit, hinc quotuplex, & quæ definiendi sint leges dicemus, vsum quoque latiùs repetituri.

DE DEFINITIONE.

DEFINITIO, est nominis, vel rei explicatio.

Duplex igitur eſt definitio { Nominis & Rei.

NOMINIS definitio eſt, qualiſcunque non falſ[...] minis, ſeu linguę, ſeu figuræ, ſeu phraſis interpreta[...] Sumit Dialecticus à Grammatica ſermoné pro[...] um, purum, perſpicuum, ſine ambiguitate aliquid ti ſignificantem.

Tota igitur nominis definitio, nihil aliud eſt, q[...] ſermonis, figurarum, & phraſis, Grãmatica, veri concinna interpretatio.

Nec anguſtè intelligatur definitio nominis de[...] rili ἐτυμολογία, qualis eſt hæc: Solſtitiũ eſt ſolis [...] tio: Sed de erudita enarratione phraſis, in ijs lin[...] & materijs, de quibus dicendum eſt.

VSVS.

In hunc vſum præceperunt de definitione nom[...] ne ſermonis vitio diſputatio obſcuretur. Ad hãc [...] vtilis eſt cognitio phraſis earum linguarum, ex [...] bus controuerſiæ naſcuntur, & tanquàm paciſci [...] ſe hi, qui de ſerijs rebus diſſentiũt, antè debent [...] modò verbis vti velint. At ſepe fit in grauiſſim[...] gotijs, vt alterum alter ludificet amphibolia v[...] Sic Pelagius Catholicis imponere ſtudebat, teſt[...] uo Auguſtino, cùm variè vtebatur verbo, Gratiæ [...] ctè quoq; Cicero Epicurũ tãquàm Protea aut V[...] num inſimulat, quòd vocabulo voluptatis, nu[...] nunc illud abſque diſcrimine intelligeret.

SVBMONITIO.

Aduerte per, Nomen, hîc quælibet verba, vel ſ[...] la vel connexa capi, quæ Græcis ſunt λέξεις, La[...] autem, aut verba aut nomina.

DIVISIO
Finitionis Nominis.

EST autem multiplex finitio Nominis. Decem autem genera cõstituunt multi. Primum est, quod Greci κατὰ λέξιν dicunt: quando videlicet vocem ignotam alia notiore interpretamur, vt, Ἀρετὴ Græcè. Latinè est virtus. Ἄνθρωπος est animal sursum spectãs. Antichristus est, qui est contra Christum. Amen Hebraicè, Græcè γένοιτο, vel τετελεσμένον ἔστω, Latinè est, firmum sit, vel fiat.

Hoc finitionum genus apud Grammaticos docẽtes frequentissimum est.

SECVNDVM DICVNT

Κατὰ διαφορὰν, hoc est, per differentiam, quando in vocabulis differentia quæritur, vt, odium ab ira differt, quòd ira breuis est, odium inueteratum. Item, Tyrannus à Rege, quòd hic religioni studeat, moribusq; syncerioribus subditorum, & trãquillitati Reipub. Tyrannus verò non subditorum commodis, sed sibi vnicè studet.

TERTIVM.

Tertium genus est metaphorica nominis definitio, Græcè κατὰ μεταφορὰν, quando scilicet alicuius vocabuli tropus quæritur, vt homo bulla est. Adolescentia est flos ætatis: Senectus est occasus ætatis. Cicero, Iustitia est domina & regina virtutum. Huc referuntur, quæcunque per μετωνυμίαν, μετάληψιν, συνεκδοχὴν, κατάχρησιν, & alios tropos describuntur. Tractatur hoc definitionum genus vt vituperet, aut laudet, aut moueat, &c.

QVARTVM.

Κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, hoc est, per ablatio-

nem cõtrarij, quãdo videlicet per contrariũ aut pri
tionem definimus, vt, cæcitas est visus priuatio. I
virtus est fuga vitiorum, canente Horatio:

Virtus est, vitium fugere, & Sapientia prima
Stultitia caruisse.

Hoc genere definitionis vtimur cùm notum est c
trarium, vt, bonum est quod malum non est.

QVINTVM.

Κατὰ περίφρασιν, hoc est, per circumlocutio
quæ admittitur vel decoris, vel necessitatis caussa
cùm dicimus, Euersorem Carthaginis & Numant
pro Scipione Africano: & cùm, Troiani belli scrip
rem dixit Homerum, Horatius.

SEXTVM.

Ὡς ἐν τύπῳ vel ὡς τύπος, & est exẽplaris finitio
minis: Eiusmodi definitio est, si quæratur quid
animal? & respondeatur, vt homo. Nomen inde h
hæc finiendi ratio, quòd Græci, vbi hoc genere
tionum vtuntur, inserere soleãt clausulam ὡς τ
λαβεῖν, ἢ, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν.

Vt Aristoteles in Kategorijs. Ἔστι δὲ οὐσία μ
τύπῳ εἰπεῖν, οἷον ἄνθρωπος, ἵππος.

Quod noster interpres sic reddit: Est autem sub
tia, vt figuraliter dicatur, homo, equus. Vbi m
quàm se impediant ac torqueant quidam, id g
finitionum ignorantes, in voce (figuraliter) nec
pedire possint: Vsus igitur huius ad Prædicam
Aristotelis intelligenda, præter alia, fuerit.

SEPTIMVM.

Κατ' ἔνδειαν πλήρους ἐκ τοῦ ὁμογενοῦς, hoc
per indigentiam pleni ex eodem genere, vt En
mema est Syllogismus imperfectus, cui, nimirũ e
dem generis propositio, cum ea quam in antece
te habet, putà vel maior vel minor deest, vt sit i
ger

ger Syllogiſmus: Item, quadrans eſt, cui dodrans deeſt, vt ſit as: Similiter, deunx eſt, cui deeſt vnica vncia, vt ſit quoque integer as. Et ſic partes aſſis definiuntur.

OCTAVVM.

Κατ᾽ ἔπαινον, hoc eſt, per laudem: quando laudamus aliquid, vel epitheto illuſtram⁹, vt, Lex eſt mēs, & animus, & conſilium, & diſciplina ciuitatis.

Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. Dialectica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarū. Laudatio hæc videtur ridicula, ſed veriſſima eſt bene intellecta. Sic autem intelligitur: Dialectica eſt ars artium, & ſciētia ſcientiarum, hoc eſt, non dignitate antecedēs, ſed vſu præſtantiſſima, ſeruiens omnibus artibus & ſcientijs.

Huc referuntur deſcriptiones à vituperio ſumptæ, vt, apud Platonem: Voluptas eſt eſca malorum.

NONVM.

Κατ᾽ ἀναλογίαν, hoc eſt, per proportionem: quando aliquid ſimilitudine ſeu proportione ſignificam⁹, vt, Homo eſt μικρόκοσμος, minor mūdus: Mens eſt in homine, quod in mundo Deus: Sol eſt mundi oculus: Magiſtratus eſt lex loquens: Lex eſt anima ciuitatis: Caput eſt arx corporis. Cæterùm in hac finiendi forma ferè fit, vt totum toti, partes partibus conferantur, & ſingulis ſingula tribuantur, tanquàm ſimilia: veluti ſi quis corpus humanum ad Remp. retulerit, mox ex capite magiſtratum, ex humeris & pectore homines militares, ex manibus & pedibus homines artifices, ex gula & ventre locupletes & otioſos, vtiles tamen ciuitati, propter ſumptum & victum faciet, ſed ἀναλογικῶς.

DECIMVM.

Κατ᾽ ἐτυμολογίαν. Hoc finiēdi genus apud Ariſto

telē σύμβολον, apud Ciceronē nota & notatio, ap Quintilianū originatio dicitur. Ouidius in Fasti cus, quòd foueat oĩa, dictus. Iustitium est iuris sta Hæreticus est, dogmatū, quę à vera pietate abho elector. Nā ἅιρεσις est secta & electio singularis ctrinę. Huiusmodi Athenis quatuor erāt, Academ Peripatetica, Epicuræa & Stoica, ex quib' alię pro narunt. Sic in Ecclesia, impiorum dogmatum aut sunt hæretici, qui se suis placitis à Catholicis, & thodoxis dirimunt.

Sed harum definitionum doctrina ex Grammat ad Logicam adferenda est.

FINITIO REI.

DEFINITIO REI est, oratio, quę essentiā aut ca sas aut partes aut accidētia rei explicat. Nā quod nitur, est quoddā velut cōplicatū, & cōclusum, q ferè tantùm vna voce constat, & dicitur Græcè ὁ μενον, Latinè nunc Finitum, nunc Definitum: Or autem quæ, quid res sit, explicat, Græcè ὁρισμὸς d tur, Latinè Finitio aut definitio.

CONDITIONES
bonæ Definitionis.

Tres bonæ definitionis Conditiones adsignant

PRIMA EST.

Ne definitio sit angustior definito.

Debet enim iusta definitio omnibus conuenire, q sub definito continentur. Quare non valent id gen finitiones: Homo est animal literatum.

SECVNDA.

Ne latiùs vagetur definitio q̃ definiti

Defi

Debet enim soli rei definiendæ cōpetere. Quare non valet definitio: Fortitudo est periculorũ & laborum contẽptus. Qua finitione piratæ, fures, & latrones essent fortes, itáque adde, pro pietate, qua nota, mox isti secludentur.

TERTIA.

Vt sit sermo definitionis proprius, perspicuus, et sine ambiguitate, rei naturā explicans.

Absint igitur ambigua, & elōginquò petita. Oportet enim semper definitionem esse notiorē, q̃ definitum.

QVARTAM addunt nonnulli, sed quæ ex duabus prioribus intelligitur.

Definitio et definitũ debēt reciprocari.

Hęc enim ἀντιστροφὴ seu reciprocatio indicat, num iusta sit definitio. Tunc autem reciprocantur, quādo vtrũque de altero vniuersaliter dicitur, Sic, omnis homo est animal rationale, & item, omne animal rationale est homo.

De his cōditionibus admonere puerile videtur, sed tamen non est prætermittendum. Sæpe enim offeruntur definitiones mendosæ. Notum est ex Laërtio in vita Diogenis, quid Platoni acciderit, qui, quum diligenter hominis definitionem reddere videretur, & definiret hominem esse animal bipes implume, Diogenes Cynic⁹ Gallũ Gallinaceũ cui dēpserat plumas, in auditorium illius proijciens, Ecce (inquit) hominem Platonicum.

MODVS
Definiendi.

MODVS definiendi est, si inuento Genere, seu com-

 muniore

muniore vocabulo, tot, loco veræ Differentiæ, vocabula congeras, quot rei definiendę suffecerint, ad naturam totam aptè concludendam, suisque circumscribendam limitibus, vt ne alteri competat.

Definiatur exempli gratia Quid ciuitas?

Ciuitas, dices, est multitudo: Adest genus. Sed nondum definitio valet: Si enim vaga sit multitudo, planum est nō esse ciuitatē. Adstringamus igitur arctius. Ciuitas est multitudo collecta. Sed nondum valet: si enim decem aut centum fuerint, nō erit Ciuitas. Iterum arctiùs adstringamus. Ciuitas est multitudo collecta ad statum rerum suarum tuendum per se sufficiens. Sed needū completa definitio est, vt sint enim quantumuis multi, sed dissideant animis, non consentiant in cōmune, nō vitę genere conueniant, nō video cur Ciuitas dicatur. Addamus itáque postremam clausulam, consensu legum vitæq; coniuncta. Iam collige à capite omnia, videbis definitionem iuxta conditiones & leges pręscriptas completam.

Ciuitas est multitudo collecta, ad statū rerū suarum tuendū per se sufficiens, consensu legum vitæq; coniuncta. Ad consimilem modum res plurimæ definiri poterunt: sed superuacaneum sit, eas res definire quæ vel sine definitione notæ sunt omnibus.

DIVISIO

Definitionis rei.

Quatuor sunt formæ definitionū rei.
- Essentialis. Οὐσιώδης.
- Caussalis. Αἰτιώδης.
- Collecta ex coaceruatione partium. Κατὰ μέρη.
- Collecta ex accidentium coaceruatione. Ὑπογραφή.

Esti

Etsi autem alij plures modos recitant, tamen his titulis contenti sumus, quos meminisse facile est. Ac modi alij ferè in hos includi possunt.

Ουσιώδης.

Ουσιώδης, quam ESSENTIALEM definitionem nominant est, quæ constat ex genere & vera differentia specifica, vt, homo est animal rationale.

ADMONITIO.

Boëtius vtile esse admonet, definitionem à summo genere ducere: vt, homo est substantia, corporea, animata, sensibilis, rationalis. Cum hoc modo à summo genere progredimur, videmus nos intra Prædicamentorum metas versari, & res fit illustrior.

Nec difficile est in substantijs intelligere, cur hoc genus definitionũ vocetur essentiale, quia partes essentiæ significantur, vt in homine animal & rationale.

Animal significatur, cùm dicimus: Homo est substantia corporea animata sensibilis: deinde quòd rationalis sit exprimitur.

Nec tamen solæ substantiæ habent essentiales definitiones, sed etiam accidentia, videlicet, vbicunque disertè genus & vera differentia specifica, nominari potest: vt, Virtus est Habitus moralis bonus.

Nam habitus Genus est virtutis: Differentiæ sunt, morale & bonum, quorum illud ab artibus, hoc à vitijs virtutem discernit.

Et hîc generaliter nomine essentiæ vtimur, pro rei natura, siue sit in Prædicamento Substantiæ, siue sit Accidens.

In exemplis Definitionum Essentialium Vsus Prædicabiliũ clarè cõspicitur. Sed nimis rarũ ẽst hoc definiẽdi genus, lõgè alioqui illustrissimũ, propter differentiarum

rentiarum inopiam, & essentiarum obscuritatem tamen hæ vel solæ, definitiones dici merentur? quæ magis declarationes seu expositiones sunt, vt vulgò in Scholis vocantur, descriptiones, q. nolumus adeò anxiè descriptionẽ à definitione parari, cùm Differentia frequentissimè confund.

Αἰτιώδης.

Αἰτιώδης vulgò Caussalis definitio vocatur, ē oratio, quę diserte caussas vel omnes, vel aliqu. censet, vt rei naturam vel vsum declaret. Est a. adfinis superiori. Nam duæ caussæ interiores, M. ria & Forma, reuera sunt essentia rei. Sed Effici. Finalis, dicuntur exteriores caussæ, quarum tam. pe mentio fit in definitionibus caussalibus.

Porrò dupliciter Caussalis definitio reddi sole.

VNO MODO,

Vt caussa in recto de suo effectu prędicetur, vt dicitur: LVNAE ECLIPSIS est, directa i. positio terrę inter Solem & Lunam, in capite au. da draconis positam.

ALTERO MODO.

Vt caussa in obliquo casu designata de effect. c. tur, vt, Eclipsis lunę est priuatio luminis in luna: ueniens ex interpositione terræ, &c.

Hæc caussalis definitio, iuxta quatuor caussaru. nera, quadrifariàm est diuidenda.

Caussarũ genera sunt { *Materia* / *Forma* / *Efficiens* / *Finis.* }

MATER

MATERIA propriè est, ex qua aliquid fit, vt, pannus est materia vestis: lana materia panni: ligna & lapides materia domus.

Aliquando materia dicitur, circa quam res versatur, aut in qua res consistit, sic, color materia est, circa quam oculus versatur: Paries autem est materia, in qua color consistit.

FORMA, est ipsa figura, effigies seu qualitas, quã induit materia, ex qua nomẽ accipit, vt, figura illa quã habet vestis, sine qua non diceretur vestis.

EFFICIENS, quæ in re efficienda operam ponit, vt, vestiarius.

FINIS, est vsus rei: Siue, cuius gratia fit aliquid, vt, corpora exercentur valetudinis gratia. Bellum fit publicę pacis, & concordię caussa. Literarum fines sunt, vt nostra vita instituatur sapienter: vt in promptu sit copia & facultas dicendi: vt animus reficiatur, omni tempore, loco, & ætate. Cicero pro Archia Poëta.

Ex hisce caussis aut singulis, aut pluribus, aut etiam omnibus, fiunt definitiones caussales.

EX MATERIA.

CEREVISIA, Græcè ζυθὸσ, est potus ex aqua, hordeo, & lupulo confectus.

ANIMA, est actus corporis naturalis, potentia vitam habentis. Sed hîc adsignatur materia in qua, quæ impropriè caussa materialis dicitur, Illic materia ex qua.

EX FORMA.

Hæ definitiones formam continent.

HOMO, est animal ex anima rationali constans.

ANIMAL, est corpus animatum anima sensitiua cõsistens, &c. Et ad hunc modum attinent, quæcunque definitiones de concretis adsignantur per sua abstracta, vt

cta, Vt Qualium definitio per Qualitatem: Ali
albedinem,& ita in reliquis. Sunt enim qualita
albedo, formales caussæ albi & qualis, ipsis natu
tiores, atque notiores.

Hicque definiēdi modus natura quidem notio
nobis autem ignotior, qui compositiora & post
faciliùs cognoscimus.

EX EFFICIENTE.

Per caussam efficientē redditę sunt hæ.

*E*CLIPSIS, est interpositio &c.

IRA est (vt inquit Damascenus) efferuescentia
guinis circa cor, ex euaporatione exuscitatione
lis proueniens.

DIES, est latio Solis supra terram.

NOX, est latio Solis sub terram, &c.

EX FINE.

Hæ autem ex caussa finali constant.

DOMVS, est tegumentū, quod prohibere pro
saréq; potest incommoditates eas, quæ tum à ve
tum ab imbribus, tum ab æstu fieri, euenireq; so

IRA, est appetitio doloris vicissim aduersario
rendi. Aut, Ira est desiderium appetitusq; vindi

*H*OMO, animal est ad perceptionem summ
destinatum.

PLVRIBVS EX CAVSSIS, vel omnibus.

*H*OMO, est animal ex corpore & anima ratio
constans, à Deo creatū ad perpetuam felicitatem

ECLIPSIS LVNAE, est luminis lunaris priua
ex interpositione terræ, &c, proueniens.

IRA, est appetitus vindictæ, ex ebullitione sang
nis circa cor procedens.

Est & hæc caussalis definitio apud Demosthenem ex pluribus caussis:

LEX est inuentū & donū deorum, decretum virorum sapientum, correctio delictorū, consultò vel inconsultò admissorum, vrbis cōmune pactum, secundum quod omnibus ciuibus conuenit viuere.

CAVSSA EFFICIENS.

Nam Caussa Efficiens legis, est (DEVS) qui insculpsit rationi nostræ sententias certas de moribus, seu quod vocant ius naturæ, vndè leges omnes nascūtur. Próinde primùm ait (*Legem esse inuentum & donum Deorum*) neque legis vim habere debet, si quid constituitur, quod à naturali iure dissentit, qualia sunt: Patrem senē mactare, apud Triballos. Itē, Ne vxor marito defuncto superstes sit, quę apud Barbaros fiunt. Itē alia Milesiorum lex, Nemo nostrûm frugi esto.

LEGIS MATERIA

in qua, & rursus efficiens quoque caussa.

Déinde in quo subiecto sint leges, aut quibus inscripserit Deus, adijcit, cùm ait (*Decretum virorum sapientum*) Sunt igitur in hominibus prudētibus leges: horúmq; decretum, caussa est efficiens imperans.

Caussa verò efficiens obsequens, est (*Vrbis commune pactum*) Nam non statim omnis sentētia de moribus lex est, sed illa, ad quam se popul⁹ adstrinxit: nec ipsę leges, alia nos caussa tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ sint.

Sunt autem suæ cuique genti leges & instituta vi-

uendi, hinc prouerbium est: Νόμος ϰ. χώρα.

Apud Athenienses publicis detestabantur ex-tionibus eos, qui viatorem de via interrogantē-lissent: præclara & honesta lex fuit, sed nobis n- lex, quia ad eam se nostra ciuitas non adstrinxit.

Apud Persas, capitalis fuit Ingratitudo: apud n- est capitalis, quia Magistratus nostri nō cōstitu- certam pœnam aduersus ingratos.

CAVSSA FINALIS LEGIS.

Adijcit finem legis, qui est (*Lege corrigi delicta*) le-gis officium est, & verus vsus, vt coërceantur q- bet delicta, ne vllo modo rumpatur societas, & cuique suum maneat, vt nemo lædatur, vt noc- puniantur, vt innocentes defendantur & honor-

Additur præterea caussæ finalis particula, quæ -citur (*Secundum quam omnes viuere cōuenit*) Nisi legibus ex æquo teneantur omnes, & potentes, & qui propter exiguas opes iniurijs obnoxij sunt, m- motus existūt in Rebus publicis, vt, Romę bellu- ciuile exarsit ex eo, quòd Iulius contra Leges pet- Consulatum. Sit igitur legum vis, vt omnes iuxta -neant.

Hactenus Legis naturam ex caussis scrutati su- cum Demosthene, cuius etiam definitionem iuri-sulti receperunt, & in libris suis repetere dignati s- Nūc de Definitionibus agamus, quas ad Caussas -runt, inter quas primo loco sese ingerunt relatiuo- finitiones.

FINITIO πρός τι.

Orationem, quæ, quid res sit, per collationem Re-tiui & correlatiui exponit, ad definitionem ex effi-ente caussa multi reducunt. In his enim quodam- dò al-

dò alterum alterius caussam efficientem esse volunt, vt, Patronus est, qui habet clientem: Discipulus, qui pręceptorem: Pater, qui filium: Dominus, qui seruum. Nam clientem habere, efficit quodammodò patronũ esse. Sic, seruus Dominũ eum efficit, cui seruus est: Et contrà, Dominum esse, seruum constituit, &c. Haud absurdè enim correlatiua per se mutuò definias.

Est autem hoc definiendi genus facilimum. Itáque diutiùs in eo non est immorandum.

AB EFFECTIS & Officijs.

Ad caussam finalem refer finitiones, quæ ab effectis aut officijs petuntur, vt,

SOL, est autor diurnæ lucis.

LVNA, sidus est, cuius vi fluunt ac refluunt maria.

HAEMATITES, lapis est, qui sanguinem sistit.

SMARAGDVS, lapis est viridis, impudicitiæ impatiens.

IVSTITIA est virtus, tribuens vnicuique quod suum est.

MILES, est persona, Dei voluntate ad hoc opus ordinata, vt in defensione iusta, vel pœna legitima, armis & quocunque labore militari, iuxta vocationem pugnet pro Ecclesia Dei & Republica.

Ad caussam quoque finalem refer omnes ferè omnium virtutum ac vitiorum, item, scientiarum ac artium finitiones.

FINITIO Κατὰ μέρη.

Κατὰ μέρη, hoc est, per partitionẽ seu partiũ enumerationem collecta definitio, est oratio recitãs alicuius totius partes peculiares, vel oẽs, vel præcipuas: vel alicuius generis species, vt, PHILOSOPHIA, est cognitio Artium dicendi, Mathematum, Physices, & Doctrinæ de moribus, quæ acie humanæ mẽtis intelligi,

intelligi, & iudicari potest.

DOMVS est quæ fundamento, parietibus, tec[...] consistit. Tales sunt & hæ: Pœna quæ Legibus [...] cita, est quę vno ex istis octo modis fit, nẽpe au[...] no, aut vinculis, aut verberibus, aut talione, aut [...] minia, aut exilio, aut seruitute, aut morte.

MVNDVS, est, ex cœlo terráque, nec non ex [...] ris, quæ intra hæc includuntur, constitutio.

Diximus partes recitari debere peculiares rei, qu[...] non habet cum alia re communes. Non enim Di[...] cticam volunt rectè finiri, vt dicatur Ars inuenie[...] & iudicandi, quia Rhetoricæ quoque illæ partes [...] scribuntur Sed rectè Grammatica finitur esse ars [...] stās Orthographia, Prosodia, Etymologia & Syn[...] quandoquidem eiusmodi partes ipsa sola possidet.

Adiectũ quoq; est (*vel præcipuas*) vt ĩtelligatur [...] quorũ numerosę sunt partes, nõ oportere omnes [...] nitionem ingredi, sed sufficere primarias, vt, si cor[...] humanũ definias esse substantiã constantem ca[...] pectore, ventre, manibus & pedibus satis fuerit. [...] alioqui si omnes recẽsere pergas, prolixior quam [...] sit, fiet definitio.

Adiectum dénique est (*vel alicuius generis species*) q[...] multæ sunt tales definitiões: vt Forensiũ vocabu[...] rum, & item virtutum, quæ multas alias virtutes c[...] tinent.

Possunt autem huiusmodi definitiones, præser[...] quæ integrales partes exponunt referri ad eam spe[...] em definitionis caussalis, quæ ex materia est. N[...] partes integrales, ad caussam materialem Aristote[...] reducendas vult.

ὑπογραφή.

Ὑπογραφή, Latinè descriptio, seu ex coaceruatio[...] Accidentium collecta finitio, est oratio quæ gen[...] adiung[...]

adiungit, aut accidẽtia propria rei, aut talẽ coaceruationem communium accidentium, quæ discernat eã rẽm ab alijs.

Adhibetur autem hoc finitionum genus (teste Rodolpho, cap. 5 libri primi) non, vt quid res sit, indicet, sed vt qualis sit, velut inspiciendũ ante oculos ponat.

IDQVE VEL BREVITER:

Vt IGNIS, est elementum calidum & siccum, & leuitate omnibus antecellens.

ACHILLES, est vir acer, inexorabilis, Regibus insensus, liber ac simplex, pedibus velox.

VEL VERBOSIVS.

Talis est luculentissima descriptio Famæ apud Maronem:

" FAMA *malum, quo non aliud velocius vllum*
" *Mobilitate viget, viresq́ue acquirit eundo,*
" *Parua metu primo, mox sese attollit in auras,*
" *Ingrediturq́ue solo, & caput inter nubila condit.*
" *Illam terra parens ira irritata Deorum*
" *Extremam (vt perhibent) Cæo Enceladoq́ue sororem*
" *Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.*
" *Monstrũ horrendũ, ingẽs, cui quot sunt corpore plumæ,*
" *Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,*
" *Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures,*
" *Nocte volat cœli medio, terræq́ue per vmbram*
" *Stridens, nec dulci declinat lumina somno.*
" *Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,*
" *Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:*
" *Tam ficti, prauiq́ue tenax, quam nuntia veri.*

Copiosa est hęc Famę descriptio, in qua primùm de-

scribitur genus Famæ, quod est Peruagatio, cũ Fam
breuiter describatur, esse lata sermonis peruagatio. I
autem genus illis versibus expressit:

—— quo non aliud velocius vllùm,
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo
Parua metu, &c.

Deinde adijcit differentiam quandam Famæ: vid
cet sermonem, cùm dicit:

Tam ficti, prauiq; tenax, quàm nuntia veri.

Intermista est definitioni pictura uxta Poëtarũ c
suetudinem.

Monstrum horrendum, ingens. Et reliqua, quæ ibi l
guntur. Nam locum totũ adscripsimus, non alio c
silio, quàm vt iuuentus eum cum breuibus Dialec
corum finitionibus cõferat, ne tam aridè eas ab a
ribus semper proponi putet. Videant hîc iuniores
appositè definierit Poëta, iuxta præcepta Dialectica
Deinde quàm graphicè ornet, iuxta Rhetoricas p
ceptiones.

VSVS

huius formulæ definiendi.

Multùm autem hac forma vtimur in descriptioni
bus plantarũ, animantium, gemmarum, elemento
vrbium, populorum, prouinciarum, regionum, mo
tium, fluuiorum, fontium & similium. Item, ad In
uiduorum, vt personarum discrimina indicanda,
Mitionem & Demeam discernunt accidentia. Neq
inter Catonem & Iulium internosces, nisi ex figu
habitu corporis, oris voce, statu, gressu, ætate, disc
mina colligas.

Sed hæc magis Historicorum, Oratorum ac Poëta
rum sunt, quàm Philosophorum. Quare satis de ijs
dictum.

EPILOGVS

EPILOGVS
dictorum
latius eorum Vsum repetens.

Definitionum formulas recensuimus varias, exemplis copiosè illustratas. Optimè autem consuluerint iuuentuti Preceptores, si in quotidianis lectionibus lõgè plura monstrent exempla, & iuniores in ijs diligẽter exerceant, cùm exactè & appositè definire possit nemo, nisi eius rei vsum sibi quendam fecerit. Simúlque de vtilitate eos cõmonefaciant: doceãt in omni quæstione seu facilis sit seu difficilima, cùm homines docendi sunt, fontem esse totius explicationis, perspicuam & certam definitionem, vndè cætera argumenta omnia nascantur.

Et sicut Actio in dicẽdo vna dominatur, adeò vt ipsi Demosthenes primas, secundas: postremò & tertias tribuerit, Ita nos in accurata & subtili disputatione vnã Definitionẽ maximè dominari decernimus, eiq́; iure primas, secũdas, & tertias deberi adfirmam⁹.

RATIO
DIVIDENDI.

ORDITVR Boëtius librũ de Diuisione ab ipsius multiplicitate, eo consilio (vtì opinamur,) qùod nomen (Diuisio) sit homonymum seu æquiuocum, cuius non est vna definitio, sed plures. Quòd siquis generalem quandam descriptionẽ exigat, hanc, si libuerit illi, accipere poterit.

DIVISIONIS FINITIO.

DIVISIO, est communioris in minùs cõmunia diductio. Semper enim quod diuiditur, cõmunius est eis per quæ diuisio fit.

Communius, inquã, { Aut prædicatione
Aut continentia
Aut significatione. }

Postremum addunt propter Diuisionē vocis insignificata: sic Polypum, in piscem & morbum diuidunt.

Verùm quia à Grammaticis vocum significationes sunt petendæ: de hoc genere diuisionum nihil præscripturus sum. Sed hoc admoneo disputaturos, quicunque priuatim aut publicè versabuntur in grauibus caussis, vt primum propositi negotij certæ significationis vocabula constituant, ambigua explicent, & sermonem integrum rectè intelligant: aliòqui fieri non potest, quin in media dissertatione, rerum scop[...] excidant.

Sic enim fallere studuit Catholicos (vt priùs quodam loco monuimus) Pelagius hæreticus, vt est apud D. Augustinum, quòd alias aliter Gratię nomīe vtebatur, eo vno vsus (desperata sæpe caussa) profugio. Hoc genus exempla in Dialogis Platonicis crebra sunt.

Sunt autem

Sũt aũt duo genera Diui ſionum magis vulgata.

DIVISIO

Generis in ſpecies, quæ propriè diuiſio dicitur, & in omnibus Artibus communiſſima eſt, vt animal diuiditur per differẽtias ĩ ſpecies,

Sic, Animalium: Aliud ratiõale, vt homo. / Aliud irrationale vt brutum.

RVRSVS.

Brutorum aliud: Volatile, vt auis. / Aquaticũ, vt piſcis. / Terreſtre, vt bos, equus, leo, &c.

Hæ ſpecies deinde proprietatibus diſcernũtur, vt bos eſt animal, quadrupes, cornutũ, mugiens &c. Neceſſe eſt autem ſpecies diſcerni, vel per differentias, vel per proprietates, vel per accidentia, vel per ſubiecta in quibus hęrent, vel per obiecta circa quæ verſantur, vel per cauſſas, vel per effecta. Sed diligenter vidẽdum eſt, vndè potiùs diſcrimina ſumi poſſint, ad ſpecies inter ſe diſcernendas, aut genus diuidendum.

Totius in partes: *ſeu ſubſtantiales* / *ſeu integrales.*

Hanc formam Cicero nominat propriè Partitionẽ, quia partes ſeu membra recenſet.

Sic hominem in animam & corpus diuidere licet:

 Item

Item humanum corpus in caput, collum, pectus, cor, epar, ventrem, &c. Facilè hæc diuidendi forma à superiori discernitur, quæ inferiora colligit, de quibus Diuisum verè prædicari potest.

ADMONITIO.

Hìc diligenter obseruandum est, quod & Cicero monet, ne partes cum speciebus confundantur. Species sunt quæ genere continentur eodem, at ex ipsis genus nō cōficitur. Partes autē, id quo cōtinentur cōficiunt: vt caput, brachia, thorax, venter, pedes, &c, humanum corpus integrum constituunt.

Præterea est obseruandum, vt decorus partium ordo seruetur: Id quod Homer' in descriptiōe πανοπλίας τοῦ Ἀλεξάνδρου egregiè præstitit.

Postremò monent, partium partes generali diuisione nō admiscendas, sed subdiuidendas seorsum, quemadmodum diximus priùs: Animalium, aliud rationale, aliud irrationale: Irrationalium, aliud volatile, aliud aquaticum, &c.

Addunt his diuidēdi formis & Diuisionem subiecti in accidentia: vt, Hominū, alij sunt liberi, alij sunt serui. Rursus, alij studiosi, alij praui.

Et item Accidentis in subiecta: vt, feritas, alia est Tigridis, alia Crocodili, &c, Candidorū, hoc lilium, illud cygnus, &c. Rursus, Accidentis in accidentia: vt Dulcium, hoc flauum est, illud album, &c.

Sed quærat quis, vndè ratio Diuidendi sumatur? Respondebitur, accipi posse ex singulis Prædicamentis, quemadmodum & Definiendi ratio sumi potest.

Capiamus exempli gratia diuidendum hominem, id fiet hunc in modum.

1. PER SVBSTANTIAM.

Hominū, alius est Socrates, alius Homerus, alius Demosthenes, alius Herodotus, &c.

2. PER QVANTITATEM.

Hominum, alius quidem procerus nimium est, alius verò pusillus nimis, alius denique mediam staturam obtinet.

3. PER QVALITATEM.

Hominum, alius liberalis, alius prodigus, alius auarus est.

4. PER τὰ πρός τι.

Hominũ, alius pater est, alius filius, alius dominus, alius seruus, &c.

5. PER ACTIONEM.

Hominũ, alius pacificè Remp. administrat, alius pro Rep. bellum gerit: alius rem familiarem curat, alius agit in otio.

6. PER PASSIONEM.

Homines partim torquentur conscientia scelerum, partim alijs diuexantur adflictionibus.

7. PER VBI.

Hominũ, alij in vrbe nati, alij in agris: Rursus, in vrbe natorum, alij Maglinę, alij apud Grudios, alij apud Eburones, &c, sunt nati.

8. PER QVANDO.

Hominum, hi infantes, illi pueri: hi iuuenes, illi adolescentes, &c.

9. PER SITVM.

Homines aut iacent, aut sedent, aut stant, &c.

10. PER HABITVM.

Hominum, alius exornatus est, alius sine ornamen-

tis: alius armatus est, alius inermis: alius, vestitus alius nudus.

TRES CONDITIONES
bonæ Diuisionis.

Primò præcipiunt vt bimembris sit, sed hæc lex perpetua esse nequit. Cogimur enim frequenter pluri- membris rei latitudinem explicare.

Deinde requiritur vt membra adinuicem pugnent vndè mala est diuisio. Hominum alij pij, alij literati.

Tertiò, vt membra iustè totum rei ambitum explicent, ita vt nihil sub diuiso, quod non sub membris aut contra, contineatur.

VSVS
Diuisionis.

Hactenus tradidimus Diuisionum formulas, exemplis illustratas: reliquum est, vt ad curam diligentiamque eruditè & rectè diuidendi, exerceant & adsuefiát iuniores, sentiēt talis exercitij vtilitatē longè vberrimā. ¶ In primis vetus dictū est: Qui bene distinguit, bene docet. Et in Phædro Platonis, longa Diuisionum laudatio extat, vbi cùm Oratorem instituit ac format, nunquàm quenquam ait dicendi artificem futurum esse, nisi sciat omnia de quibus dicendum est, diuidere ac partiri, & apposita certáque definitione vnamquanque partem comprehendere: & tandem inquit Socrates, si nactus fuerit ducem, qui recte partiri sciat, se ipsius tanquàm Dei vestigia, secuturum esse. Inseratur ergo teneris mentibus hęc verissima persuasio, valde necessarias esse diuisiones seu distinctiones in plurimarum rerum explicatione. ¶ Nam cùm vel maximè exigatur ab eo, qui rē aliquā explicaturus est, vt doceat (nihil autē docet is, qui oīa com-

commiſcet & confundit) ſæpe profectò Diuiſione vtẽdũ eſt, vt ea quæ nõ cohæ rẽt, ſepares, alioqui in oratione omnia temerè congerentur, eruntque quod aiunt πάντα μία κόνις.

Et Cicero Seruiũ Sceuolæ quis peritiſſimo iuris, tamẽ ideò præfert, quia Dialecticen addiderat ſcientiæ Iuris, artem vt ipſe ait omnium artium maximam, quaſi lucem ad ea quę confuſè ab alijs aut reſpondebantur, aut agebantur, porrò ea in re Diuiſio dominatur. Et Boetius in libro de Diuiſione inquit: Andronicũ ſcriptum reliquiſſe, Diuidendi ſcientiam ſummo in honore ſemper apud Peripateticos fuiſſe, quòd nulla res ſine hac dilucidè & perſpicuè explicari poſſit, aut definitione definiri. Definire nanq; quid aliud videtur, quam ex genere per differentias diuiſo in ſpeciẽ deſcẽdere? ¶ Pręcipuè verò ad differendi copiam, & Rhetoricas diſtributiones & amplificationes, exactè diuidendi ratio, neceſſaria eſt: vt totus monſtrum eſt. Id hoc pacto dilatabitur: Si hominem in corpus atq; animum partiaris, déinde ſingulas corporis atque animæ partes attingas. Et animo & corpore monſtrum eſt. Oculos, os, vultum, totam dénique corporis figuram inſpice, quid aliud quàm monſtrum præ ſe ferunt? &c.

Atque hæc orationis ornamenta ſeu ſchemata ex diuiſione Dialectica, ceu ex fonte deriuantur: quemadmodum è ſingulis Dialecticis locis, ſingulæ fermè Rhetorum figuræ naſcuntur.

Poſtremò, vt vſum Diuiſionum abſoluamus: Sicut abſque demonſtratione, nulla ſcientia ritè comparari poteſt, ita abſque diuiſione, atque etiam definitione, nõ ſcientiam ſolùm, ſed nec vllam artem aſſequi quis poterit. Ipſa nanque diuiſio aditum, ad artes omnes & diſciplinas præparat, ceu diligẽs quędam exploratrix, quantum videlicet ars ſe vnaquæque extendat.

Definitio

Definitio verò præparata iam atque explorata, velu lumine adhibito illustrat: & illustrata tãquàm nece saria demonstrationi subministrat.

DE METHODO
explicandi simplicia Themata.

Vocum varietatem ostendimus hactenus: gra itemq́ue domicilia, in quæ singula vocabula re debeãt, & formas Definidẽi ac Diuidẽdi tradidim Nunc mõstrabimus quomodò hæc præcepta ex la, & ex vmbra in lucem ac velut in aciem profere sint, & quomodò his præceptis sit vtendum, quib quis nõ didicerit vti, is sciat se in eis cognoscẽdis anem operam sumpsisse, non aliter, atque frustra miles arma comparauerit, quibus vti nequit.

Patet autem in omni sermone hominum, vsus h partis, latissimè. Etenim in omni ferè congressu h nũ, quęri ac dubitari de alicuius certę rei natura, c sis ac partibus solet. Doceri autem nulla res ac ne explicari potest, nisi adhibeatur Dialectica chodus.

Methodus, est certa & compendi sa discendi docendiq; ratio, ex defi endi diuidendiq́ue præceptionibus c stituta.

Tradiderunt autem autores, vt cùm aut docere quid alios, aut discere ipsi volumus, aut iudicare qua de re, certas quæstiões sequamur, quę admon quid in vniuscuiusq; nominis explicatione requi dum sit, quæq; tanquàm Mercuriales statuæ in cendo viam indicent.

QVÆ

QVAESTIONES METHODI.

Methodi quæſtiones, quæ viam ſimplicis thematis tractãdi mõſtrant, Alius ex Ariſtotele duntaxat quatuor eſſe vult, alius octo facit. Verùm is, quē poſt Ariſtotelē in Dialecticis frequētiùs ſequimur, & cui multa in hoc collectitio opere, eaq; rara & exquiſita nos libenter & ingenuè fatemur debere, facit decem.

PRIMA EST, quid vocabulum ſignificet.
SECVNDA, an res ſit.
TERTIA, quid res ſit.
QVARTA, quæ ſint rei partes.
QVINTA, quæ ſint ſpecies.
SEXTA, quæ cauſſæ.
SEPTIMA, qui effectus.
OCTAVA, quæ adiacentia.
NONA, quæ cognata.
DECIMA, quæ pugnantia.
Sed priùs breuiter de Ariſtotelicis dicamus.

Ariſtoteles in libro Reſolutionũ poſteriorũ ſecũdo quæſtiones recenſet quatuor,

Quæ ſunt & in noſtro catalogo præcipuæ	An ſit,	Εἰ ἔστι.
	Quid ſit,	Τί ἔστι.
	Quod ſit,	Ὅτι ἔστι.
	Quare ſit,	Διότι.

AN SIT, quærit de ijs, quæ non ſunt in cõſpectu, vt, an ſit Deus, an ſint ſpiritus viui ſine mole corporum. Ad hanc quæſtionem ſumitur reſponſio ab experientia, & ab effectibus, ſeu ſignis, vt, eſſe ſpiritus confirmatur, quia à multis fide dignis conſpecti ſunt.

ESSE DEVM, teſtimonia illuſtria & certiſſima oſtendunt, videlicet, quia mortuos exuſcitauit, iuſſit ſolem regredi et reſiſtere, &c.

QVID SIT, ſciſcitatur de Definitione rei. Præcipuum enim caput eſt definitio in quacunque explicatione, vt,

catione, vt cùm quærimus, quid sit Cometa, stella, halitus inflammatus, &c.

QVOD SIT, particula apud Aristotelem, nō interrogatio, sed adseueratio, significans aliquid attribui subiecto, vt, Cometa paulatim consumitur. enarrat Aristotelem Ammonius Græcus inter τὸ ὑπάρχον τινὶ κατηγορούμενον, id est, quod tribuatur alicui prædicatum aliquod, seu quod di... ctum illud sit tale.

QVARE SIT, quæstio est de caussis, quæ sit Cometæ materia: quæ caussæ tantam molē viscosi halituum cōtrahant et accendant.

Congruunt igitur Aristotelicæ quæstiones cū iis quas recēsui. Congruunt ad vtrasque & loci dialectici qui infra recitabuntur. Nam & illi sunt indices, ita dicam, methodi. Adijciam autem exempl. vt vsus quæstionum conspiciatur. Ac de virtute ... mus.

PRIMA quæstio est de vocabuli significatione. Interdū enim virtus generaliter vim seu facultatem significat, vt cùm dicitur, virtus epatis, aliàs aliud significat. Sed hic virtus, vt Græcis ἀρετή, significat habitum parientem honestas & laude dignas actiones.

AN sit. Esse virtutem inde conspicitur, quia Scipio dissimilis est Antonio. Scipio abstinet ab alienis, temperans. Idq; sani omnes iudicant conuenire hominis naturæ. Econtrariò, Antonij mores longè ... sunt, obscœni, sæui, quos sani omnes detestantur. experientia testatur esse discrimen inter virtutem vitium.

QVID SIT, Cùm quærimus definitionem, in... ciuntur tabulæ Prædicamentorum. Vndè disces, ... res de qua dicturus es, sit substantia, an accidens. Et ... est accidens, in qua parte sit, in corpore, an in anim... Genus igitur virtutis inuenies esse habitum voluntatis, deinde differentia inquirēda, quæ sæpe collatione

oppositorum

oppositorum inuenitur.

EST igitur virtus habitus inclinans voluntatem & cæteras vires, vt constanter & firmiter obediant rectæ rationi.

PARTES.

Habitus non secatur in partes, sed species virtuti subijciendæ sunt.

SPECIES:

Species multæ sunt, iustitia particularis, fortitudo, modestia, temperantia, castitas, &c.

CAVSSAE.

Habituum caussæ sunt, actiones. Sed actionũ honestarum efficientes caussæ principales sunt: Mens rectè iudicans, & voluntas obtemperans recto iudicio, & constanter imperans membris, vt actio cum recto iudicio congruat.

CAVSSAE ADIVVANTES, sunt bonæ inclinationes naturales, & doctrina, & disciplina, hoc est, accurata adsuefactio.

MATERIAM ex qua, nulla accidentia habent: Et qualitates sunt formæ efficaces, seu instruméta actionum in substantijs. Sed subiectum vocatut mate-teria in qua. Sunt autem virtutes in voluntate & corde.

FINALES caussæ omnium habituum præcipuæ, sunt ipsæ actiones. Sed finis in actione virtutis secundum Philosophos, est ipsa actio honesta, quia dicunt virtutem propter se ipsam expetendam esse. Nos in Ecclesia rectiùs dicimus finem esse bonæ actionis, vt Deo præstemus obedientiam debitam, &c.

Sit prætereà & hic finis honestæ vitæ, vt poenæ & Tragicæ calamitates vitentur. Hanc enim regulam in

politica

politica iustitia seruat Deus, qui est custos & vind
disciplinæ, vt regulariter atrocia delicta puniat ma
festis pœnis in hac vita, vt dicitur: Scortatores & ad
teros iudicabit deus. Qui gladiū acceperit, gladio p
ribit. Vndè propter experientiam, tales multæ sen
tiæ circunferuntur:

Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges, & sicca morte Tyranni.

Sciunt dénique pij, benefactis in hac vita miti
proprias & publicas calamitates: item dari incre
ta donorum spiritualium, item reliqua esse æte
præmia.

EFFECTVS.

Tranquillitas cordis, quę oritur ex conscienti
ctæ voluntatis & actionum congruentium, ad re
lam diuinam. Multi secundi euentus & prosperi
cessus, quia plærunque Deus honesta consilia
iuuat. Vtilitas & pax publica: vt, Fabij modera
prodest Reipub. Rom. Honesta exempla inuitant
os ad imitationem, & deterrent negligentiores. E
trariò, turpitudo lacerat conscientiam, & adfert h
ribiles cruciatus, turbat pacē publicam, & nocet
emplo, &c.

ADIACENTIA.

Gloria, id est, honestorum rectè iudicantium c
probatio, Odia malorum, Pericula, Diuina defen
in periculis.

COGNATA.

Virtuti cognatæ sunt, ad bonum inclinationes, v
στοργαὶ φυσικαί, & aliarum virtutum semina, vt
Alexandro singulares impetus sunt ad fortitudine
Ite

Item nomini virtutis, æquale eſt nomen iuſtitiæ vniuerſalis. Sed virtus dicitur iuſtitia, cùm refertur ad legem, cui debita obedientia præſtatur.

PVGNANTIA.

Pugnantia ſunt, vitia ſeu turpitudines, Item ὑπόκρισις & falſa ſimulatio virtutis.

Adijciam prætereà alterum exemplum, vt vſus dictarum quæſtionum clariùs videatur. Et de homine diſſeremus.

ETYMOLOGIA,
Et quid vox ſignificet.

Homo vocatur, quia ex humo eſt factus, idq́ ſignificat, quod Grecè ἄνθρωπος dicitur.

AN RES SIT.

Hominem eſſe eſt notum.

QVID SIT.

Homo eſt animal rationale.

QVAE PARTES.

Caput, Os, Pect', Brachia, Manus, Pedes, Lingua, Guttur, Pulmo, Cor, Nerui, Oſſa, &c.

SPECIES.

Homo, cùm infima ſpecies ſit, in ſpecies non diducitur à Philoſophis. Vocant autem ſcriptores aliquando hominis ſpeciem, hominem doctum, hominem indoctum, hominem Græcum, hominem Barbarum. Rurſus, Italum, Germanum, Gallum, Hiſpanum, &c.

6. QVAE CAVSSAE.

EFFICIENTES, Deus Opt. Max. Sol, Parētes, Solum natale.

FORMA ET MATERIA, anima & corpus cū Elementis,

mentis, ex quibus homo componitur.

FINIS, quem Deus ei destinauit, AEterna felici[tas]
Ipse sibi, Opes, Honores, Nomen, Voluptates.

7 QVAE EFFECTA.

Ciuitates, Leges, Literæ, Tot disciplinę atq; artes.

8 QVAE ADIACENTIA.

Robur, Imbecillitas, firmitudo, Infirmitas, Sani[tas]
Morbus, In animo adfectus, In mente Acumen, [he]
betudo, Memoria, &c.

9 QVAE COGNATA.

Homo cognationem habere videtur cum tota [h]
mundi machina. Vnde μικρόκοσμος dicitur. Cum [su-]
peris quoque cognationem habet, si virtutibus su[pra]
humana adsurgere studeat. Cum brutis verò, si ita
se abijciat atque prosternat, vt inter ipsum & quadr[u-]
pidem nihil intersit.

10 QVAE PVGNANTIA.

Lupus, Crocodilus, Basiliscus, &c.

Hoc pacto per quæstiones, quas recensui in disce[n-]
do docendóve, quandocunque de simplici vocab[u-]
lo, vel vna de re dicitur, ipsius Thematis natura, a[n-]
gustis veluti limitibus est circunscribenda, quò & f[a-]
ciliùs edisci, & commodiùs possit ratio eius memori[a]
comprehendi. Verùm in describendis rebus oratio[ne]
populari, licebit etiam singula locupletiùs pertract[a-]
re, omnésque ferè Inueniendi rationes persequi.
Et mediocriter explicatis his quæstionibus, fieri re[m]
illustriorem, & quasi oculis subijci manifestum est.
Prodest igitur ad hũc ordinẽ, & ad has metas adsu[e-]
fieri discentes, quarum consideratio etiã moribus
vita vtilis est, cùm quidnam agamus, & caussas, & c[on-]
sequẽtia diligenter prospicim⁹. Ideo iunioribus m[ul-]
ta exẽpla in quotidianis exercitijs ꝓponãtur vt voc[a-]
bula patiẽtię, amicitię, pacis, belli, & similia.

BREVI-

Breuis, in vniuersam & Definitionum *& Diuisionum, & Methodi materiam,* TABVLA.

DE DEFINITIONE.

Nominis

- Κατὰ λέξιν. Finitio ad verbū Grammaticis vsitatissima. **Ἀρετή, id est, virtus.** Amen, id est, fiat, vel firmum sit.
- Κατὰ διαφοράν. Finitio per differentiam. Ira breuis. Odium inueteratum est.
- Κατὰ μεταφοράν. Finitio per Tropum. Homo est bulla. Sic Apostoli in Sacris literis, piscatores, sal terræ, &c.
- Κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου. Finitio per negationem contrarij. Malum est, quod non est bonum.
- Κατὰ περίφρασιν. Finitio per circūnlocutionem. Numantiæ & Carthaginis euersor, pro Scipione Africano.
- ὡς τύπος. Finitio exēplaris Substātia est, vt homo. Differētia est, vt rationale.
- Κατ' ἔνδειαν πλήρους. Finitio per indigentiam pleni. Deunx est, cui deest vnica vncia, vt sit as.
- κατ' ἔπαινον. Finitio à laude sumpta. Dialectica est ars artiū, sciētia sciētiarū.
- Κατ' ἀναλογίαν. Finitio à proportione, vel similitudine. Homo, est μικρόκοσμος, minor mundus. Lex, anima ciuitatis.
- Κατ' ἐτυμολογίαν. Finitio ab expositione nominis sumpta. Iustitiū est iuris statio. Focus, quòd omnia foueat.

Rei

- Οὐσιώδης. Finitio essentialis. Homo, est animal rationale.
- Αἰτιώδης. Finitio caussalis, ex
  - Materia. Cereuisia, est potus ex aqua, hordeo & lupulo cōfectus.
  - Forma. Homo est animal ex anima rationali constans.
  - Efficiente. Senatusconsultū, quod Senatus iubet atq; constituit.
  - Fine. Homo animal est ad perceptionē summi boni destinatū.
- Κατὰ μέρη. Finitio partium vel specierum enumeratione. Homo est qui constat capite, brachijs, pectore, ventre & pedibus.
- Ὑπογραφική. Finitio accidentium coaceruatione. Terra est elementū frigidum & siccum.

LEGES FINIENDI.

…finitio Rei debet perspicuè definiti naturā docere, & cum definito reciprocari seu conuerti: …terùm Nominis Definitio non raro angustior est Definito, aut latiùs vagatur.

MODVS FINIENDI.

Modus Finiendi est, inuento genere, seu communiore vocabulo veram differentiā specificam …quirere, aut tot veræ differētiæ loco vocabula cōgerere, quot in definiendo suffecerint. Quare …efiniendæ rei in primis Prædicamentum inquiratur, quo inuento, eò vsque descendendum est, donec genus proximum inueneris, hoc inuento quæratur differentia, ea sæpè oppositarum inter …pecierum eiusdem generis collatione inuenietur. Verbi caussa: Cupis Virtutem finire? Cogita …n Qualitatem esse, deinde Habitum, hinc Moralem habitū, quemadmodum & vitia sunt. Dé…que Virtutum à vitijs differentiam inquire, & absolueris finitionem Virtutis hoc modo: Virtus … habitus moralis bonus.

DE DIVISIONE.

DE DIVISIONE.

NOMINIS ambigui in sua significata, propriè Distinctio dicitur.

- [...]T, quæ [...] [...]plex est.
  - Substãtialis, quæ rursus duplex est.
    - Diuisio Generis ĩ
      - Differẽtias, vt, Substantiarũ alia { Corporea / Incorporea.
      - Species proximas, vt, Substantiarũ alia { Corpus / Spiritus.
      - Per Differentias in species, vt, Substantiarum alia est { Corporea, vt, corp⁹. / Incorporea, vt, spũs.
    - Partitio Totius in partes
      - Integrales, vt, quando Romanorum Resp. in Senatores, Equites & Plebeios dissecatur.
      - Substantiales, vt, si in animam & corpus hominem partiaris.
  - Accidentalis quæ quadruplex est
    1. Subiecti ĩ accidẽtia, vt, hominũ alij liberi sũt, alij serui
    2. Accidentis in subiecta, vt, candidorum illud lac, hoc cygnus, hoc lilium, hoc charta, &c.
    3. Accidentis in alia accidentia, vt, candidorum hoc liquidum, illud solidum.
    4. Accidentis in subiecta per accidentia, vt, Candidorũ { hoc liquidum, vt, lac. / hoc solidum, vt, charta, &c.

[L]EGES DIVIDENDI.

[...]imẽbris Diuisio, sed nõ tenetur.
[...]ra pugnent.
[...] Diuisi amplitudo explicetur.

[DE] METHODO, seu modo explicandi simplicia Themata, propter quem omnia [...] præcepta, de Prædicabilibus, de Prædicamẽtis, de Definitione & Diuisione tradita sunt.

[...]cunq; [...]lici [...]o, [...]na [...] Virtutio, a[...] [...] &c. [...] est, [...]strãt [...]dece que[...] [...]nes.

1. Quid vox significet. — Virtus, est quam Græci ἀρετὴν dicunt.
2. An res sit. — Virtutem esse testatur clarè discrimẽ inter vitiosos & virtute præditos.
3. Quid sit res. — Virtus est habitus inclinans voluntatem & cæteras vires vt constanter & firmiter obediant rectæ rationi.
4. Quæ sint rei partes. — Habitus non secantur in partes.
5. Quæ sint species. — Iustitia particularis, Fortitudo, Modestia, Tẽperãtia, &c.
6. Quæ caussæ — Efficiẽtes, Deus, actiones ipsæ, volũtas obtẽperãs rectæ rationis iudicio. Itẽ doctrina, & accurata adsuefactio. Materiã ex q̃ nõ habet: Materia in q̃, est volũtas & cor. Finales, ipsæ actiones secũdum Philosophos. Præterea Deus, æterna præmia.
7. Qui effectus — Tranquillitas cordis, multi prosperi successus, vtilitas & res publica.
8. Quæ adiacentia — Gloria, & laus à probis. Odia ab improbis & Pericula, Diuina dénique defensio in periculis.
9. Quæ cognata — Inclinationes ad bonum.
10. Quæ pugnantia — Turpitudines & vitia, ὑπόκρισις falsáq; virtutis simulatio.

SEQVITVR LIBER ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

LOGICES
LIBER TERTIVS,
ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ,
vulgò
De Enuntiatione.

EX vocum illarum complexu, quas in Prædicabilibus & Prędicamentis singulas, & per se inspiciendas dedimus, cõflatur oratio illa Dialectica verum falsumve designans, de qua nunc est disserendum.

Epigraphe libri huius (qui vnicus apud Aristotelē habetur et īdiuisus, licèt vulgò diuidatur) est ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, hoc est, liber Aristotelis de interpretatiōe: Neq; vna dictio est, Perihermenias (vt indocti finxerunt) sed dictiones duæ, cùm sit oratio constans præpositione Græca περὶ, & genitiuo ἑρμηνείας. Græcis verbum ἑρμηνεύω (vndè ἑρμηνεία) idem est, quod interpretor. Is autē propriè mentem seu cogitationem suam interpretari videtur, qui exponit verum aliquid aut falsum.

Siquis ergo, vt vulgò faciunt, per interpretationem intellexerit ipsam Enuntiationē, huius libri inscriptio videbitur ab ipsius materia seu subiecto desumpta. Illud enim certum est, præcipuam hic enuntiationum haberi considerationem, præsertim simplicium.

Quòd autem de Nomine & Verbo paucula Aristoteles prę mittat, ad meliorem Enuntiatiuarum orationū cognitionem est factum, quæ ex verbis & nominibus, tanquàm partibus præcipuis, præcipuáque (prædicati nimirum & subiecti) munia obeuntibus, constituuntur.

De nomine

CAPVT I.

Adſignat autē Ariſtoteles Nominis Definitionē i

** Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata.*

Definitum conſtat accipi pro nomine Logico,eo: vocali,& ſimilis eſt de verbo,Oratione, atque En tiatione in ſequentibus habenda ratio.

Sunt enim hæc omnia triplicia, nempe { Mentalia / Vocalia / Scripta.

Sicut hoc libro manifeſtum eſt ex Ariſtotelis te primo,& clariùs ex iјs intelligetur, quę diximꝰ cap ſecūdo libelli de Terminorū vt vocātur acception

Sed de ſolis vocalibus hic futurus eſt ſermo. Defin tio autem hunc in modum intelligitur: Nomen vox vna ſeu ſecundum vnam ſignificationem ca ex hominum inſtituto rem aliquam ſignificans, autem adſignificans aliquam temporis differentia (hoc eſt neque præſens,nequæ præteritum, neque fu turum tempus conſignificans ſicuti verba)cuius nu la pars,quemadmodum in dictione ſumitur,extra c ctionem ipſam conſiderata ſignificat aliquid.

Addendū eſt ex Ariſtotelis ſententia, Finita & Rect

Finitam vocem dicunt vocem ſignificantē, quę no conſtat negatione infinitante.

De Termino finito & infinito plura videre licet in bello priꝰ citato de Terminorū acceptionibus cap.

Rectam vocem dicunt,vocem nominatiui caſus,v præſentis temporis indicatiui modi.

Exempli gratia:Nominatiuus Poëta eſt nomen.cùm ſit vox

ſit vox vna, neque naturaliter, ſed ex inſtituto ſignificans eum, qui elegãtia carmina fingit: neque adſignificat vllum tempus neque partem ſignificantem habet, neque eſt vox conſtans negatione, quemadmodum vox, non Poëta, neque eſt obliqui caſus.

Similiter declaretur de his vocibus dominus, ſeruus, Pater, filius, Annus, Dies, &c.

DE VERBO

CAPVT II.

ALtera integralis pars enuntiationis eaque præcipua, hoc pacto ex Ariſtotele finitur.

* *Verbũ eſt, quod conſignificat tẽpus, cuius pars nihil extrà ſignificat: & eſt ſemp eorũ, quæ de altero dicũtur, nota.*

Cuius ſenſus eſt: Verbum Logicum voce prolatum, eſt vocabulũ vnũ, ſignificãs rem aliquã ex inſtitutiõe hominũ, quod vocabulũ adſignificat præſens tẽpus, prẹteritũ, aut futurũ, cuiꝰ nulla pars ſeparatim ſumpta ſignificat aliquid: & eſt ſignum eius, ſeu ſignificat id, quod ſemper dicitur ſeu prẹdicatur de altero, quãdo illud vocabulũ in propoſitione ſignificatiuè ponitur.

Exempli cauſſa, Amo verbum eſt, ſignificans ex arbitrio inſtituẽtis, amorẽ: & cõſignificans tẽpus prẹſens, quo amor ille eſt, cuius nulla pars ſeparatim ſumpta, aliquid ſignificat. ¶ Déniq; amo nota eſt amoris, qui ſemper prædicatur, ſubijcitur nunquã, quandocunque vox (amo) ſignificatiuè in propoſitione ponitur, vt patet, quum dicitur: ego amo, tu amas, &c.

Data Verbi definitio (vt in contextu indicat Ariſtoteles) non eſt plena & conſummata, niſi adijciantur duæ voculẹ, quales antè ſunt additẹ Nominis definitioni, videlicet finitũ et rectũ, aut aliẹ his æqualẽtes

Paucis, id solùm Aristoteli verbum videtur, quod Grammaticis, verbum præsentis temporis indicat modi, quodque negatione infinitante præposita n
" constat: Hoc addimus, quia non currit, vel n
" laborat, negat esse verbum Aristoteles.

Verbum igitur Grammaticum ad Logicum se habe vt magis commune ad minùs commune.

Longè verò aliter Nomen priùs definitum ad Grammaticum nomen se habet: nam sunt excedentia & exce[ssa]. Datur enim Grammaticũ nomẽ, quod Logicum non est, vt omnia obliqua. Rursus, Logicum no[men] datur, quod Grammaticum non est, vt, ego, tu, & a lia, quib⁹, declarata priùs Nominis definitio, cõue[nit]

Datur dénique Logicum & Grammaticum nom[en] vt nominatiuus Poëta.

De oratione.

CAP. III.

INnatam nobis à natura cognoscendi viam insequ[ens] Philosophus, secundum quam (vt primo Physic[orum] dicitur) à confusis & vniuersalioribus ad particula[ria] magisque contracta proficiscimur, definit ante enu[n]tiationem, ipsius enuntiationis genus in hunc mod[um].

** Oratio est vox significatiua, cuiu[s] aliquid partium significatiuum est, [se]paratum, vt dictio, non vt affirmati[o] vel negatio.*

Hoc est, Oratio est vox vna, seu vnius sensus, ex insti tuto significans, cuius aliqua pars separata signific[at] vt dictio

vt dictio, hoc est, significat sine vero aut falso: hoc enim indicat sequens pars, non vt adfirmatio vel negatio, quæ ex sententia Boëtij & Alexandri Aphrodisiensis explicationis caussa additur, ne quis ambiguitate vocabuli (dictio) fallatur. Nam dictio aliquando pro adfirmatione sumitur, & dicere pro adfirmare.

Exempla definitionis sunt, homo albus, homo est albus. Si probus est Paulus, improbus non est.

ORATIONIS diuisio.

Orationum alia — { Perfecta / Imperfecta.

ORATIO PERFECTA est, quæ generat perfectum sensum in animo audientis, vt, Ioannes scribit.

ORATIO IMPERFECTA, est quę non generat perfectum sensum in animo audiẽtis, vt, Socrates & Plato: quisquis ambulat: homo albus: nondũ enĩ percepit audiens, q̃d sibi velit, qui huiusmodi voces ꝓfert.

SVBDIVISIO Orationis Perfectæ.

Orationum perfectarum alia est oratio { Perfecta nõ enuntiatiua. / Perfecta enuntiatiua.

Oratio perfecta non enuntiatiua est, quæ licèt perfectum generet sensum in animo audientis, non tamen verum aut falsum designat.

SVBDIVISIO EIVS.

Subdiuiditur oratio perfecta non enuntiatiua hoc modo:

Oratio perfecta non enũtiatiua.	
	Deprecatiua, Deus propitius esto mihi misero peccatori. Parcite Dardanidæ de tot, precor, hostibus vni.
	Imperatiua, Claudite iam riuos pueri.
	Interrogatiua, Est aliquid quo tendis? & in quod dirigis arcum?
	Optatiua, O mihi præteritos referat Iuppiter annos.
	Vocatiua, Huc ades ô Melibœe.
	Subiunctiua, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.

Sed in his, neque verum est, neque falsum.

„ Relinquuntur igitur Oratoribus & Poëtis, inquit Aristoteles, qui mouendis student affectibus, totique in hoc sunt, vt persuadeant, aut delectent: nõ magnoperè habita frequenter ratione veritatis, cuius tamen inquisitio vel sola, Philosophis proposita est.

VSVS DICTORVM.

Quæ hactenus dicta sunt omnia, ad exactioré enunciationis notitiam sunt dicta, cuius partes integrales sunt Nomẽ & Verbum. Pars autem essentialis, seu genus enũtiationis Oratio est. Differt autem Oratio à Nomine & Verbo, quòd illius aliquid partium significet, horum verò non item.

DE ORATIONE *Enuntiatiua & eius Diuisionibus,* CAP. IIII.

* *Enuntiatiua oratio est, in qua verum vel falsum est.*

Hoc est. Enuntiatio est oratio vera vel falsa, vt, Deus est verax, Omnis homo est mendax. Item:

Ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse truces.

Enuntiatiua oratio Aristoteli nunc λόγος ἀποφαντικὸς, nunc ἀπόφανσις dicitur, Ciceroni Latinè effatum, enuntiatum, enuntiatio, pronuntiatum vel propositio vocatur, Varroni proloquiũ, Stoicis ἀξίωμα. Cæterùm quæ oratio vera iudicanda sit, quæ falsa, diximus toto capite quarto libri nostri de Disputatione Dialecticè recteque instituenda.

DIVISIO *Enuntiationis.*

Indicat Arſes triplicem Enuntiationis diuisionem.

PRIMA EST.

* *Enuntiationum alia* { *Vna* / *Plures.* }

Vbi primò aduertendũ est Diuisum nõ accipi pro ea modò enuntiatione, quæ est priùs definita, verùm generaliùs, pro ea & ei simili, vt Enuntiationes, quas plures vocamus, cõpræhendantur. Estq; diuisio hæc analogi in sua significata: proprijssimè enim enuntiatio vna, est enuntiatio. ¶ Sumitur autẽ enuntiatio vna, pro ea quę simpliciter & absolutè vna est, quales inter simplices seu categoricas, est ea quæ prædicatum

vnum, hoc est, vnius naturæ de vno subiecto signifi-
cat. Inter hypotheticas verò sola conditionalis, siue illatiua fuerit, siue non, modò ne sit ambigua: eo quòd hæc sola vnam rem denotet, illationem nimirum vnius ex altero, aut conditionem. Reliquæ verò omnes tam categoricæ quàm hypotheticæ, plures dicendæ sunt. Hæc sententia videtur Boëtij & Ammonij, & hodie receptior est, & verisimillima iudicatur.

FINITIO
Enuntiationis Vnius.

* *Est autem enũtiatio vna, quæ vnum significat, vel coniunctione vna.*

Hoc est, Enuntiatio vna, est enuntiatio, quæ enuntiat vnum prædicatum de vno subiecto, vel enuntiatio vnita coniunctione cõditionali, vt, homo est animal. Item, homo est animal rationale. Rursus, animal rationale est substãtia corporea animata sensibilis. Denique & hæc vna est: Si homo est animal, homo est substantia.

Vnum, hic vocatur res vnius naturæ, vel multa, ex quibus fit huiusmodi natura, conuenienter expressa. Nisi enim apposìtè exprimantur, tollitur vnitas, vt patet in hac: homo est animal & rationale, quæ plures est & non vna.

Porrò tum censentur exprimi conuenienter, quando exprimuntur, vnum vt determinatio, alterum vt determinabile.

FINITIO ENVNTIATIONIS
multiplicis, quam vulgo plures vocant.

* *Plures verò, quæ plura, et nõ vnum,*

vel in

vel inconiunctæ.

Cuius sensus, per negationem definitionis enuntiationis vnius, non difficulter capi potest.

Prioris autem partis definitionis exempla sunt: Ioannes est homo albus. Item, homo albus est animal. Dénique homo albus est animal album.

Posterioris partis exempla sunt propositiones hypotheticæ omnes, præter conditionales. Déinde plures categoricæ sine coniunctione sumptæ.

Aduerte hîc, plura, & non vnum esse, in primis res diuersorum Prædicamẽtorum, qualia sunt subiectum & suum accidens. Déinde etiam res vnius & eiusdem Prędicamenti, si non conuenienter exprimantur, tanquàm determinatio & determinabile, quod priùs est declaratum.

SECVNDA DIVISIO

Apud Aristotelem.

* *Enũtiationum vnarum alia est*	*Enũtiatio vna simplex*
	Enũtiatio vna cõposita.

Hæc diuisio, licèt ab Aristotele solis enuntiationibus vnis accommodari videatur, tamen generatim omni enuntiationi priùs definitæ rectè accommodabitur, vt eadem sit cum illa diuisione, qua Neoterici propositionem diuidunt,

In	Categoricam
	&
	Hypotheticam.

Simplex enuntiatio seu categorica ab Aristotele bifariàm describitur.

PRIOR FINITIO

Simplicis Enuntiationis.

* *Enũtiatio simplex est, quæ aliquid de*

aliquo,

aliquo, vel aliquid ab aliquo enuntiat.

Hoc est, quæ aliquod prædicatum cuipiam subiecto attribuit, vel ab eo remouet ac negat.

Designat enim Aristotelis propositio (κατὰ, Latinè, de) compositionẽ seu adfirmationem: (Ἀπὸ, Latinè, ab) negationem atque separationem.

Aliquoties tamen κατὰ seu de, largiùs accipitur, vt ad vtrunq; sese extendat, quẽadmodũ in definitione propositionis, libro primo Priorum Analyticorum apud Aristotelem cap. primo.

Priore ergo parte comprẹhenduntur categoricę adfirmatiuę, vt, Vlysses est facundus.

Posteriore negatiuę, vt, Vlysses non est formosus.

Quid autem dicendum sit de ijs, quę copulã habent mistam, vt Vlysses interfecit vel nõ interfecit Aiacẽ, committimus disputãtibus. Sunt enim talia plerunq; leuiuscula & arbitraria. Attamen eruditiorũ sentẽtia est, simplices enũtiationes oẽs simplicis eẽ qualitatis.

POSTERIOR DEFINITIO Enuntiationis simplicis.

** Simplex enuntiatio est vox significatiua, de eo quod est aliquid, vel non est, quemadmodum tempora diuisa sunt.*

Hoc est, Simplex enũtiatio, est vox enuntiatiua seu prædicatiua alicuius prędicati, de eo subiecto, quod denotatur esse aliqd vel aliquid nõ esse, scdm aliquã ex temporũ differẽtijs, hoc est, secundũ tẽpus pręsens, aut pręteritũ, aut aliud, vt quũ dicimus: homo est animal, hõ sedet: Rursus, hõ nõ est animal, hõ nõ sedet.

QVID SIT DISCRIMINIS *inter dictas descriptiones.*

Quod si quis harũ duarũ descriptionũ diuersitatem exigat,

exigat, Respondendum est, eas non multò plus quàm verbotenus differre, nisi quòd prior videtur negationē & adfirmationem magis ad prędicatum retulisse, hęc verò ad subiectum.

Vt enim prędicatū nunc adfirmatiuè, nunc negatiuè de subiecto enuntiatur, sic & vice versa, subiectum nunc adfirmatiuè, nūc negatiuè subijcitur prędicato.

Ne aūt intelligatur hęc solùm de pręsenti tempore, additū est (vt ait Boëtius) quemadmodum tempora diuisa sunt. i. secundum temporum diuersitatem.

Sed rogauerit quispiam, num omnis enūtiatio simplex enuntiet prędicatū de subiecto, secundū aliquam tēporis differentiam? Dicendū quòd nō, quia contingit enūtiationē simplicem cōstare copula absoluta à tempore, vt declarauimus cap. 4. libri nostri priùs citati de Disputatione.

Intelligemus igitur in definitione, si cauillationes excludere velimus, aut aliquādo nō habita tēporis ratiōe.

FINITIO

Enuntiationis Compositę.

* *Enuntiatio composita est, quæ ex simplicibus coniuncta est.*

Intellige tanquàm partibus principalibus sui.

Partes principales sunt, quę vniuntur copula totius, vt in hac oratione: Si homo est animal, homo est substantia: Partes principales sunt hę enuntiationes simplices: homo est animal, hō est substātia, quę vniuntur copula totius, videlicet cōditionali cōiunctiōe, Si.

TERTIA DIVISIO

Apud Aristotelem.

* *Enuntiationum simplicium, alia* { *Affirmatio* / *Negatio.* }

Quę generis in species diuisio habetur.

FINITIO *Affirmationis.*

* *Affirmatio, est enuntiatio alicuius de aliquo.*

Hoc est, est enuntiatio simplex, quę significat aliquod prædicatum subiecto alicui conuenire. Vt, homo est animal.

Pari modo interpretāda est negatiōis descriptio hæc:

* *Negatio, est enuntiatio alicuius ab aliquo.*

Vt, Nulli veniunt sine Marte triūphi. Nullus emptor difficilis, bonum edit obsonium.

QVARTAM subnectunt hoc loco diuisionem Neoterici omnes, quam Aristoteles in primo Priorum recenset.

* *Enuntiatio simplex, seu propositio categorica* { *Vniuersalis* / *Particularis* / *Indefinita.*

Vniuersalis, vt, { Omnis homo aures habet immotas / Nullus homo est quadrupes.

Particularis, vt, quidam homo est candidus.
Indefinita, vt, homo est animal. Homo est niger.
Addunt & Singularem, vt, hic homo est niger.

Sed nos exactiùs hæc in primo Priorum tractaturi sumus: Interim aliquid hoc loco dixisse oportuit, nec videbatur hîc sine incōmodo omitti potuisse distinctio huius diuisionis, à duabus proximè præcedētibus, quam secundam & tertiam vocauimus.

Illud

Illud igitur prædictis addendum nobis est.
Hanc quidē diuisionē quartā, dari iuxta Quantitatē.
Tertiam verò præcedentem iuxta Qualitatem.
Secundam dénique iuxta Substantiam.

Quòd enim propositio quælibet, simplex siue categorica, aut coniuncta siue hypothetica dicatur, id sumitur ex consideratione partium ipsius: quæ procul dubio ad Substantiam spectant, cùm vnaquæque res ex suis partibus cōstet & subsistat. Nempe si præcipuę enūtiationis alicuius partes, sint termin⁹ subiectus & termin⁹ prædicatus, per verbalē copulā vniti, simplex est ꝓpositio: sin autē ꝓcipuę sint partes, duę simplices ꝓpositiones per cōiunctionē vnitæ, cōiuncta dicitur.

Affirmatio autem & negatio ad Qualitatem ipsius spectant enuntiationis: Secundum enim quòd copula vario modo disponitur, varius est enūtiandi modus, secundum adfirmationem aut negationem.

Quòd déniq; propositio aliqua dicatur vniuersalis, particularis aut indefinita, ad Quātitatē spectat, quoniā per signa vniuersalia aut particularia declaratur, pro quantis seu quot suppositis fieri indicetur propositionis verificatio, an videlicet pro omnibus, an tantùm pro aliquibus.

Hac quoque consideratione tria solent hoc loco distingui quæsitiua: Quæ, Qualis & Quanta.

Cùm enī interrogare volumus de propositione aliqua, vtrum sit categorica, an hypothetica, vtimur quæsitiuo vocabulo, Quæ, interrogantes, quænam sit hæc, aut illa propositio?

Cùm autem scire voluerimus, an adfirmatiua sit propositio, an negatiua, rogamus, Qualis sit ipsa.

Déniq; scire volētes, num propositio vniuersalis sit an particularis, an indefinita, an singularis, interrogamus, Quanta sit.

V S V S

doctrinæ de Enuntiationibus, præsertim Simplicibus.

Doctrina

Doctrina Enuntiationum ſeu Propoſitionum, li
admodùm tenuis & puerilis videatur, eſt tamen
formanda iudicia iuniorum admodũ neceſſaria, qu
in omnibus cõtrouerſijs diſceptationibuſque iudic
dis, operæpreciũ ſit, ſimpliciſſimas & certiſſimas ſe
tentias ſeu propoſitiones, in quibus, citra vllam ar
biguitatẽ, quid verum, quid falſum ſit, ſpectari que
inquirere, ad quas omnia orationis ornamenta refe
rantur. Prolixas enim diſputationes & controuerſia
argumenta item, Rhetorum figuris illuſtrata, compre
hendere animus hominis nequit, niſi ita in breues
ſimplices ſententias ſoluantur.

Et in primis, in vnaquaque cauſſa diiudicanda, in
totius cauſſæ ſcopus, quem Rhetores Statum vocant
quærendus eſt, & vnico pronuntiato expediendus.
Deinde, illi in vniuerſa diſputatione q̃ aptiſſimè om-
nia argumenta comparabimus, in breuiſſimas item,
atque ſimpliciſſimas ſenrentias redacta.

Exempli gratia, totius diſputationis Milonianæ ſta-
tus hac enuntiatione comprehenditur: Clodius iure
cæſus eſt. Argumenta autem hoc Syllogiſmo, in tres
ſimplices enuntiationes contracto, includuntur:

Vim vi arcere ius naturæ permittit,
Milo vim vi arcens Clodium occidit,
Iure igitur occidit.

Atque ſic pronuntiatorum vim vſumq; maximum
cernere licet: clariùs autem conſpicietur in Syllogiſ-
mis contexendis, alijſque efficiendis argumẽtatio-
nibus. Dénique in Locis, reliquiſque Dia-
lecticæ partibus omnibus.

DE OPPO-

De Oppositis.

CAPVT VI.

ABsolutis illis, quæ de Nomine, Verbo, Oratione, Enuntiatione eiusque speciebus explicat Aristoteles: nunc de Oppositione dicēdum est, vbi primùm monendi sunt discentes aliam esse simplicium, seu vocabulorum, seu rerum oppositionem, vt caloris & frigoris, visus & cæcitatis, de qua oppositione hîc nō agitur, sed dictū de ea est priùs, & postea in Locis quoque de ea dicetur, aliam esse propositionum oppositionem, quæ hîc venit tractanda, cùm sit enuntiationis simplicis seu categoricæ propositionis proprietas quædam: eiusdem verò disciplinæ sit, subiectum & eius propria accidentia considerare.

Definit autem Aristoteles Oppositionem sub nomine tamen contradictionis, hoc modo:

* *Contradictio est affirmatio & negatio oppositæ.*

Hoc est, Oppositæ propositiones sunt, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua, eorundem extremorū, sine vlla ambiguitate intellectorū. Aristoteles autem ita se explicat, ne incertus hęreret lector, quęnam affirmatio & negatio oppositæ sint, dicens:

* *Opponi autem eam dico, quæ est eiusdem de eodē non æquiuocè, & quæcunque talium contra Sophisticas determinauimus importunitates.*

Hoc est

Hoceſt, Oppoſitæ ſunt affirmatio & negatio eiu-dem de eodem, non æquiuocè, ad idem, ſecundu idem ſimiliter, & in eodem tempore, quæ memb ex definitione Elenchi, ad definitionẽ oppoſitaru transferri & accommodari vult Ariſtoteles.

Quod dicitur: Eiuſdem de eodem,

Arguit has nõ eſſe oppoſitas: Aethiops eſt niger, Germanus non eſt niger.

Neque item has.

Maro fuit gratus Auguſto, Vergilius non fuit gratu Auguſto, Omnis cygnus eſt albus, & quidam cygnu non eſt candidus. Exigit enim Ariſtoteles non tan tùm identitatem nominis ſecundum ſignificatio nem ſeu rem, verumetiam ſecundum vocem ipſam quòd repugnantiam ſeu oppoſitionem velit non in mente ſolùm, ſed in vocibus ipſis elucere.

Non Æquiuocè.

Cauendum eſt ne qua vtrinque ſit ἀμφιβολία. Hæ enim non opponuntur: Cato ſe occidit, Cato ſe non occidit. Catonis enim nomen variat, aliàs enim Vticenſem, aliàs Cenſorium deſignat.

Ad idem.

Defectu cuius hæ non opponuntur: Decem ſunt dupla, Decem nõ ſunt dupla, ſi in affirmatione duplum acceperis, vt ad quinque fiat relatio, in negatione verò ad ſex.

Secundum idem,

Si in con-

Si in contradictione reperiatur aliquis terminus relatiuus ſeu comparatiuus, ſiat comparatio in eodem. Quare hæ non erunt oppoſitæ: Ioannes excellit Paulum, Ioannes non excellit Paulum: ſi in vna accipiatur excellentia ſecundum quantitatem, in altera ſecũdum virtutem aut eruditionem.

Similiter.

Prædicatum ſimiliter intelligendum eſt enuntiari de ſubiecto. Nam ſi quis dixerit Socratem currere, intelligens de curſu quouis in genere, & alter, Socratem non currere dicat, intelligens de curſu celeri, non erunt tales ſermones inuicem oppoſiti vel contradicentes.

In eodem tempore.

Prædicatum ſubiecto tribui debet, pro eodem omninò tẽpore. Nam ſi dicas, manus mea clauſa eſt, manus mea clauſa non eſt, referens ad tempora diuerſa, nulla eſt oppoſitio.

Sed quærat quis, num in vocula (æquiuocè) reliquæ quatuor comprehendi poſſint, fortaſſe non eſſet grande nefas id fateri. Sed alijs hoc relinquimus diſputandum: ſicut & illud, num etiam vocula (æquiuocè) omitti poſſit, cùm præcedat eiuſdem de eodem.

* *Oppoſitarum aliæ ſunt*	*Contrariæ*
	Subcontrariæ
	Contradictoriæ.

De Contrarijs Ariſtoteles ita habet.

* *Contrariæ enuntiationes ſunt, ſi*

O quid

quid enuntietur vniuersali vniuersaliter inesse, & non inesse.

Quod sic accipiendum est: Contrariæ sunt opposi tę, in quibus enuntiatur aliquid vniuersali vniuersaliter inesse, & vniuersaliter non inesse.

Hoc est, vt fusius explicemus: Contrariæ sunt oppositę, in quarum altera enuntiatur aliquod prędicatum conuenire alicuius vniuersalis singulis indiuiduis v denominatis. In altera verò idem prædicatū enuntiatur nulli indiuiduo aut denominato illius vniuersalis conuenire. Vt,, omne animal est lapis, & nullu animal est lapis. In priori denotatur lapis animali vniuersè conuenire, singulisque eius indiuiduis, In posteriori vniuersè negari ab eodem.

Rursus: Omne album fuit nigrum, & Nullum album fuit nigrum, sunt propositiones contrariæ.

SVBCONTRARIAE
secundum Aristotelem sic definiuntur.

* *Subcontrariæ sunt oppositæ, in quibus enuntiatur aliquid vniuersali inesse non vniuersaliter, & non inesse.*

Hoc est, Subcontrariæ sunt oppositę, in quarum altera enuntiatur aliquod prædicatum subiecto communi in parte attribui, in altera verò idem prædicatum ab eodem subiecto in parte remoueri. Vt, aliquis homo est probus, aliquis homo non est probus.

CONTRADICTORIAS
sic Aristoteles finit.

* *Contradictoriæ verò sunt affirmatio & negatio eiusdem de eodē, quarū vna*

significat

significat vniuersaliter, altera verò nõ.

Hoc est, Contradicentes propositiones sunt adfirmatio & negatio eiusdem de eodem, quarum altera significat prędicatũ vniuersaliter inesse aut nõ inesse subiecto: altera aũt significat prædicatũ subiecto inesse, aut non inesse, non vniuersaliter sed in parte tamẽ, vt prior definitionis pars vniuersalibus ꝓpositionib⁹, posterior, particularibus aut indefinitis cõpetat.

Contradictoriæ sunt: Omnis albedo dissipat visum, aliqua albedo non dissipat visum.

Hactenus de Oppositis ex sententia Aristotelis, quę, vt memoriæ faciliùs mandentur, in Tabula spectanda proponemus: adiectis etiã ijs, quæ Subalternæ vocantur, licèt re vera oppositis non debeant adnumerari.

Omnis albedo dissipat visum.	CONTRARIAE.	Nulla albedo dissipat visum.
SVBALTERNAE.	CONTRADICTORIAE. CONTRADICTORIAE.	SVBALTERNAE.
Aliqua albedo dissipat visum.	SVBCONTRARIAE.	Aliqua albedo nõ dissipat visum.

De Oppositionũ generibus *explicandis generaliùs, ex scholarum consuetudine Tractatio.*

Quæ hactenus de Oppositis tradidimus sufficiunt haud dubiè intelligendis vtcunque Aristotelicis. sed quum simplex enuntiationis genus de subiecto communi tantùm prosequutus sit Aristoteles (sicut ex dictis patet) crediderũt recẽtiores se rẽ nõ infrugiferam facturos, si latiùs sermonem protendentes in vniuersum de omnium enuntiationum seu subiecti vniuersalis, seu singularis subiecti, seu simpliciũ extremorũ seu nõ, qualesquales fuerint, oppositionibus præciperent, & quod ab Aristotele prætermissum erat, velut auctarium quoddam adijcerent. poterit tamen, si cui hæc tractatio, quæ spinosior est, nõ placet, longa eam pertica trãsilire, donec ad vsum oppositionis aut etiam ad leges oppositarum deueniat, quas ex Aristotele tractamus capite sexto proximè insequenti.

Definiunt ergo Oppositas hoc pacto:

Oppositæ sunt affirmatio & negatio eiusdem de eodem, in quibus reperitur vel eadem particularitas tantùm, vel eadẽ vniuersalitas tantũ: vel neq; eadẽ vniuersalitas, neq; eadẽ particularitas.

VNIVERSALITATEM vocant Terminum communem vniuersaliter sumptũ, siue, vt aliter dicunt, distributum. Vt homo est vniuersalitas, cùm dico: Omnis homo est bulla.

PARTICVLARITATEM vocãt Terminũ communem non

nem non ſumptũ vniuerſaliter. Vt, homo eſt particularitas, cùm dicimus, Aliquis homo eſt triú literarũ.

TRIA autem oppoſitionis genera latiùs extenſiuſq́, quã de ijs Ariſtoteles locutus eſt, ſumpta, quomodò deſcribẽda ſint, ex generali oppoſitarum definitione præmiſſa non difficulter colligitur.

Sunt enim contrariæ, oppoſitæ habẽtes aliquam eandem vniuerſalitatem, & nullam eandem particularitatem.

Vt huic, Cuiuſq; hominis oculus eſt dexter, contraria eſt iſta, Nullius hominis oculus eſt dexter, non autem illa, Cuiuſque hominis oculus nõ eſt dexter quia in hac, eadem eſt particularitas (ſcilicet oculus) quæ erat in prima.

Itẽ hæ contrariæ ſunt: Omnis homo neceſſariò mouetur, & Omnis homo neceſſariò nõ mouetur. Ioannes omnẽ equũ poſſidet, & Ioannes nullũ equũ poſſidet. Semper flant fauonij, & Nunquàm flant fauonij. Vbique ſunt pigmæi, & nuſquàm ſunt pigmæi.

Subcontrariæ generaliter.

Subcontrariæ ſunt oppoſitæ, in quibus eſt aliqua eadem particularitas, & nulla eadem vniuerſalitas.

Vt, Alicuius hominis omnes dentes ſunt acuti, Alicuius hominis aliqui dentes non ſunt acuti, Omnis homo poſſibiliter ambulat, & Quidã homo poſſibiliter non ambulat.

Non autẽ hæ, Aliquis homo ſemper dormit, & Aliquis homo nunquàm dormit, quia in eis eſt eadẽ vni-

uersalitas, suntque simul falsæ.

Sed subcontraria prioris est hęc. Aliquis homo aliquando nō dormit, & posterioris ista, Aliquis homo aliquando dormit,

Contradictoriæ generaliter dictæ

Contradictoriæ autem sunt oppositæ, in quibus neque eadem reperitur particularitas, neque eadem vniuersalitas.

Cuiuscunque animalis non habentis cornua, altera maxilla caret dentibus, & Alicuius animalis non habētis cornua, neutra maxilla caret dentibus. Ioannes omnem regionem vidit, Ioannes aliquam regionem non vidit.

ADMONITIO.

Admonent hîc determinationes captas vnica acceptione cum determinabilibus posse distribui vtrinque in Subcontrarijs, vt hæ sunt subcontrariæ, homo habens omnem pecuniam est Pauper, homo habens omnem pecuniam non est pauper.

Item posse vtrinque particulariter capi in contrarijs, quales hæ sunt, Omne caput asini auritum est, & Omne caput asini non est auritum.

Tertiò posse in Contradictorijs tum vtrinque vniuersaliter, tum vtrinque particulariter sumi, hæ sunt Cōtradictoriæ, Omnis equus hominis currit, Aliquis equus hominis non currit, rursus Omnis equus cuiuslibet hominis currit, Aliquis equus cuiuslibet hominis non currit,

Sed hæc ad sophisticen magìs videntur accedere, ac proinde ab eorum latiori declaratione abstinemus. hoc interim admonentes, non licere talibus determinationibus

nationibus, vniuersalitatis notam in vna oppositarũ addere, in altera adimere, salua oppositione, Nõ enim essent eiusdem de eodem, vt in exemplis dictis nõ remanebit idem subiectum. Pendet huius rei plena intelligentia ex alijs hic non repetendis, quapropter ad alia nunc properandum.

ADMONITIO ALTERA.

Illud rursus admonemus, quod indubitatum habetur, Omnem propositionem, qualiscunque fuerit, habere contradictoriam. Quia hæc oppositio, nec vniuersalitatem exigit vllam, nec particularitatem.

Cæteræ verò duæ alterum horum requirunt, ideoq; non in omnibus enuntiationibus possunt inueniri, vt quæ nullam continent vniuersalitatem, non possunt habere contrariam, vt Aliquis homo est albus.

Quæ verò nullam particularitatem habent, carent subcontraria, vt Nullus homo est equus.

Et quo plures eædem vniuersalitates reperiuntur in duabus oppositis, eo magis contrariæ sunt.

Quo verò plures particularitates, eo magis sunt subcontrariæ.

DESCRIPTIO
Subalternarum.

De subalternis autem, licèt non sint oppositæ, modũ tamen consuetum sequentes hoc addimus:

Quando duæ sunt propositiones eorundem extremorum eiusdemque qualitatis, in quarum altera inuenitur vniuersalitas, quæ non in altera, et nõ ediuerso, illæ

uerſò, illæ habētur inter ſe ſubalternæ.

Porrò, quę inter illas aliquam continet vniuerſalitatem, quam non habet altera, eā habent loco vniuerſalis. Reliqua verò, quæ nullā habet vniuerſalitatē, quia non contineat aliā, ſed aliquā vniuerſalitatē illius mutauerit in particularitatē habent particularis loco.

Vt hæ ſunt ſubalternæ.

Sēper homo vigilat, & Aliquādo homo vigilat. Omnis homo eſt albus. & Aliquis homo eſt albus. Ioānes nihil ſcit. & Ioannes aliquid nō ſcit. Cuiuſq; hominis omnis equus eſt candidus, & Alicuius hominis equus eſt candidus, vel cuiuſque hominis aliquis equus eſt candidus.

V S V S
Oppoſitionis.

In omnibus contentionibus atq; controuerſijs diligenter ſpectandum quam ſententiam, cui, & quomodò opponas: nec enim vna eſt opponendi formula, vt ex dictis eſt notum, & ſæpè, quæ pugnare inter ſe videntur, reipſa conueniunt, quando aliqua ſubeſt ambiguitas extremorum in alterutra propoſitione.

Deinde nullum maius in dicendo peccatū eſt, quàm pugnantia dicere aut non aduertere. Quare ad confirmandum & confutandum, plurimùm, quę dicta ſunt, conducunt.

Sciant proinde iuniores neceſſariò ediſci, exacteque cognoſcenda proponi Oppoſitionum genera, ad cauendos multiplices errores: ad dirimendas quoque & facilè diiudicandas difficiles eruditorum controuerſias. Sæpe enim videmus in grauiſſimis cauſſis homines contētioſos contradictoria miſcere: Ad vitanda denique captioſa argumenta, quantam adferat vtilitatem Oppoſitionis cognitio, dici non poteſt.

De enun-

De Enuntiationum Oppositarum legibus, Caput vj. & vltimum primæ partis LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

AD eorum quæ ex Aristotele mox recitabuntur de Oppositarum propositionum legibus maiorẽ intelligentiam, prætermittere conuenit, triplicem omninò distingui propositionum Materiam.

Vocant autem materiā propositionis, subiectū eius atque prædicatum, ex quorum triplici adinuicem habitudine Materiæ distinctio emanat.

Materia enuntiationū, diuiditur in { Naturalem seu necessariam. Contingentem & Remotam.

EX NATVRALI MATERIA.

Ea propositio est in materia vel potiùs ex materia naturali, cuius vnum extremum, subiectum (inquam) vel prædicatum alteri competit essentialiter, vel saltèm necessariò.

Nihil autẽ hic refert, siue adfirmatiuæ fuerint propositiones, siue negatiuæ, siue veræ, siue falsæ, vt, Homo est animal, Substãtia est corpus, Nullus hõ est animal.

EX CONTINGENTI.

Propositio ex cõtingẽti materia cõstare dicitur, cuius extrema, neq; necessariò,

neque

neque impoßibiliter cohærent.

Vt, Socrates ſedet, Nullus equus eſt albus.

EX REMOTA.

Remotam verò materiam habent, quæ pugnantibus conſtant extremis.

Hoc eſt, talibus, quæ intercedente copula præſentis tẽporis nõ poſſunt verè adfirmari de eodẽ, vt, Homo eſt equus, Nullus lapis eſt metallum. Aliquod album erit nigrum.

VSVS DISCRIMINIS
de Materia propoſitionum.

Materia propoſitionum conducit ad diiudicandatum ſtatus diſceptationũ, tum argumenta: plurimùm enim retulerit ſcire, quæ neceſſaria, quæ contingẽtia, quæ impoßibilia ſint. Neceſſaria enim fidẽ & ſcientiam: Contingentia opinionẽ & coniecturam pariũt: Impoßibilia verò nihil horum.

Cæterùm, quòd ad leges oppoſitarũ penitiùs ſcrutãdas hæc materiæ diſtinctio conducat, ex ſequentibus meridiana luce clarius euadet,

His præmiſſis ad verborũ Ariſtotelis declarationem veniamus.

Ariſtoteles propoſitionũ Oppoſitarũ, de quibus iam dictũ eſt, leges ſeu regulas aperit, breuiter admodũ & eruditè, quibus oppoſitarum propoſitionum, vel in veritate tantũ, vel in falſitate tantũ, vel in vtroq; pariter repugnantia declaratur.

Sunt autẽ ea, quæ hiſce legibus explicantur, effectus quidã, ſingula oppoſitionis genera cõſequentes inſeparabiliter, & nõ cauſſæ ipſarũ oppoſitionũ. Nõ enim ideo hę: Omnis homo eſt albus, & Nullus homo eſt albus, ſunt cõtrariæ, quia nõ poſſunt ſimul eſſe verę, ſed idcirco nõ poſſunt ſimul eſſe veræ, quia ſunt cõtrarię,

hoc eſt,

hoc est, oppositæ, in quibus enuntiatur aliquid vniuersali vniuersaliter, &c.

LEX
Contrariarum sic habet.

** Contrariæ nō possunt simul esse veræ, sed falsæ simul esse possunt.*

Prior pars vniuersaliter intelligēda est. Posterior verò particulariter. Nam nō in omnibus locū habet, vt sunt hę: Omnis homo est animal, & Nullus homo est animal. Omnis equus est elephas, & Nullus equus est elephas: quas impossibile est simul esse falsas.

DE CONTRARIIS FALSIS.

Maximè autem locū habet posterior pars legis in ijs contrarijs, quæ ex contingenti sunt materia, vt, Omnis equus est albus, & Nullus equus est albus.

Non item in alijs, nisi fortè fuerint propositiones inordinatę in naturali materia cōpositæ, vt, Omne animal est homo, & Nullū animal est homo: aut prędicato adfirmatiuæ propositionis contra communem loquendi modū addatur signum vniuersale, vt, omnis equus est omne animal, & null[9] equus est animal, quæ sunt simul falsæ.

Idē etiā accidet in quibusdā, quę remotā habēt materiā, vt, omne albū fuit nigrū, & nullū albū fuit nigrū.

ÆPPENDIX
Legis contrariarum.

Ex dictis consequitur, quod ad legem ipsam contrariarum adijcere solent recentiores: Nihil vetare Contrarias ambas esse possibiles, ambas contingentes, ambas etiā īpossibiles, vt, omne signū Zodiaci est supra horizontē nostrū, nullū signū Zodiaci est supra horizontē. Itē vnā cōtingentē, & alterā impossibilem, vt, omne ens est Deus. Nullū ens est deus. Nō autē posse

adsignari

adsignari contrarias ambas necessarias. vel vnam necessariam & alteram contingentem. Nam sic possunt esse simul veræ.

L E X
Subcontrariarum est.

** Subcontrariæ non possunt simul esse falsæ,, sed contingit eas esse aliquando simul veras.*

Prior rursus & præcipua pars huius legis, vniuerse est intelligenda. Posterior in parte. Nam sunt nonnullæ Subcontrariæ, quarum vnam semper esse veram & alteram falsam, est necessarium. Vt, Aliquod cœlum est corpus, Aliquod cœlum nõ est corpus, Quidam homo est equus, & Quidam homo non est equus.

DE SVBCONTRARIIS VERIS

In quibus autem maximè locum habeat hæc posterior pars, facilè erit ex ijs, quæ circa secundam partem legis contrariarũ diximus, videre. Nã semper, quum contrariæ ambæ fuerint falsæ, tum necessarium est, subcontrarias illis oppositas, veras esse.

Exempla breuitatis studio prætermittimus.

APPENDIX
istius Legis.

Subcontrariæ non possunt ambæ esse impossibiles, nec vna impossibilis, nec altera de contingenti, sed vtique ambæ necessariæ, vel vna necessaria, & altera contingens aut impossibilis.

Ratio, & exempla patent ex superioribus.

L E X
Contradictoriarum hæc est.

* Contra-

Contradictoriæ enuntiationes, neque simul veræ esse possunt vnquàm, neque simul falsæ.

Quare si vna contradictoriarum vera fuerit, necesse est reliquam, esse falsam. Et ecõtrariò, si falsa est vna, oportet alteram esse veram, quæ sanè acerrima repugnantia solis accidit contradictorijs, non item cæteris oppositis.

Estque hæc contradictoriarum Lex, primum Metaphysicæ principium, adeò manifestæ & euidentis veritatis, vt omnis quicunque id intellexerit, ex naturali intellectus sui lumine ipsi præbere assensum cogatur, neque possit mente inficiari (teste Philosopho) apud quem solet in hunc modum in diuersis locis adsignari.

„ *De quolibet est affirmatio vel negatio vera, de nullo verò simul.*

Hoc est. pro qualibet re per subiectũ significata, necesse est verificari adfirmatiuam propositionem vel negatiuam eiusdem prædicati, si per modum contradictoriarum adsignatæ fuerint. Vtranque autem pro eodem veram reddi est impossibile. Vel (vt alij explicant) de quolibet singulari verè prædicatur terminus finitus vel infinitus ei opposit⁹, de nullo verò vterq;.

Quo modo explicata hæc generalis propositio, non erit prorsus eadem Legi contradictoriarum.

VSVS LEGIS
Contradictoriarum.

Stabiliuntur hoc cõmunissimo principio tanquàm fundamento, omnes argumentationes qualesquales fuerint, & vniuersaliter omnes disciplinæ inferiores,

vt ex alibi

vt ex alibi tradendis euadet manifeſtius.

Quin & cæterarum oppoſitarum leges ex hac probantur. Idcirco enim impoſſibile eſt contrarias eſſe ſimul veras, quia ex hoc conſequeretur cōtradictorias ſimul veras eſſe, cùm veritas vniuerſalis neceſſario inferat veritatem particularis.

Rurſus ideo non poſſunt ſubcontrarię eſſe ſimul falſæ, quia tum contradictorię ſimul falſitati ſubiacerent, cùm ex falſitate particularis, falſitas vniuerſalis conſequatur.

Appendix huius legis.

Conſequitur igitur manifeſtè, ex hac lege non poſſe contradictorias ambas eſſe neceſſarias, vel ambas impoſſibiles, aut vnam impoſſibilem aut neceſſariam, & alteram contingentem eſſe.

Preterea omnem hypotheticam diſiunctiuam ex duabus contradictorijs compoſitā, eſſe neceſſariam. Copulatiuam verò impoſſibilem, licèt interim nulla pars eiuſmodi fuerit.

Admonitio de voce (ſimul)

Hoc poſtremò admonendum eſt, quum diximus in his Legibus contradictorias nō poſſe eſſe ſimul veras &c. Aduerbiū coniungendi (ſimul) non ad verbū (poſſe) nos retuliſſe, ſed ad id quod ſequitur, eſſe veras.

Volebamus enim non poſſe fieri, vt contradictoriæ ſint ſimul verę, non autem quod non habent ſimul potentiam, vt ſint verę, hoc enim in contingentibus falſum foret.

LEX
Subalternarum.

De Subalternis etiam hoc obiter adijciendum eſt, eam eſſe ipſarū legē atque naturam, vt ſi vera ſit vniuerſalis,

uersalis, necesse sit & particularem veram esse, & non econtrario.

Potest nanque falsa esse vniuersalis, particulari posita vera. Si vero particularis fuerit falsa, necesse est & vniuersalem esse falsam. & non ediuerso.

Exemplis hęc declarare est admodùm facilè, quare illi nobis labori parcendum esse statuimus.

Addiderunt quidam recentiores singulis oppositionum generibus cautelas quasdam, sed nos in presentia rudi hac determinatione contenti abscedamus, ne nimis anxia (vt fit) sedulitate omnia ad viuum resecandi, res obscuretur: & Scholis nimium obsequendi studio, in fæces sophisticas vel inuiti deuehamur.

De Æquipollentia
TRACTATIO.

CONsueuerunt Neoterici oppositis inter se propositionibus pertractatis, de earum ἰσοδυναμία seu æquipollentia protinus instituere sermonem, neque id iniuria. Quandoquidem ęquipollentiarum regulæ cognitionem recentem oppositionum exigunt, vt mox videbitur. Deinde ἰσοδυναμία seu ęquiualentia facit, vt oppositæ aliòqui propositiones, atque inter se tum veritate falsitatéue, tum aut qualitate aut quãtitate aut vtroque dissentientes, rursum his ipsis veritate dico & falsitate, qualitate item & quantitate conueniant consentiantque inuicem.

Ac próinde nonnulli ęquipollẽtiam definiunt duarum propositionum categoricarum concordiam, idq; propter negationem vel prępositã vel postpositam, vel prępositam simul & postpositam.

Cuius insuper tres regulas constituunt, veriùs Grammaticas quàm Dialecticas: sed (quoniã ex Grammaticis Scholis signorũ vim & mutationẽ ad Logicẽ vti

oportebat

oportebat, pueri ferè non adferunt) vtiliter hîc à Dia-
lecticis repetitas, quod non parum incommodi adfer-
re soleat in disceptando, æquipollentiarum neglect.
& ignorantia.

PRIMA REGVLA
est De isodynámia contradictoriarũ.

*Quoties negatio præponitur signo vni-
uersali vel particulari, ipsa æquipolle-
re facit propositiones inter se aliôqui
contradictorias.*

Vt cùm cõtradictoriæ sint: Nulla voluptas est bona,
Aliqua voluptas est bona. Si earum vni præponas ne-
gationem, vt exempli causa vniuersali, ac dicas: Non
nulla voluptas est bona, protinus hæ duæ, Nonnulla
voluptas est bona, & Aliqua voluptas est bona, veri-
tate inter se aut falsitate, item quantitate ac qualitate
consentiunt: & per hoc, vt regula ipsa proponit, inui-
cem æquipollent.

Ad eundem modum, si particulari præponatur ne-
gatio, nempe huic: Aliqua voluptas est bona, atque
ita dicatur: Non aliqua voluptas est bona, erunt simul
veræ aut falsæ: Non aliqua voluptas est bona, & Nul-
la voluptas bona est: quæ aliàs veritatem inter se fal-
sitatẽq; diuidebãt, eruntq; ambæ vniuersales cùm al-
tera aliôqui particularis sit: erunt dénique ambæ ne-
gatiuæ, cùm aliàs altera affirmatiua fuerit.

ADMONITIO.

Ad eum modum regulã memorauimus, quo in scho-
lis recitari consueuit, si tamen Laurentio vallensi cre-
ditur, locum habet tantũ in vniuersalibus negatiuis
& nõ in affirmatiuis vniuersalib⁹. Nã ipsius iudicio si
negatio

negatio preponatur signo vniuersali affirmatiuo, reddit propositioné nec vniuersalem nec etiam particulari negatiuę ęquiualentem, Contēdit enim ille huiusmodi propositionem biparticularem esse, quibusdam ex vniuersis cōuenienté quibusdā nō cóuenienté. Nā cū vera sit (inquit) aliquis homo nō volat, falsa tamē est, non omnis homo volat, significās aliquos volare, & aliquos non volare. Et propterea priori non æquipollet, quæ simpliciter particularis est.

Similiter hæc duo, quiuis & quilibet, si negatio præponatur, faciunt propositionem biparticularem.

Nam quod Græca parœmia dici solet,

Ου παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς.

Et Latinis redditur.

Non est cuiuslibet nauigare Corinthum,

vel vt Horatius dixit:

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum,

Id nemo dixerit orationem esse particularem negatiuam, cùm & Græcis & Latinis biparticularem significationem habeat, hoc sensu: aliquibus datum est Corinthum nauigare, aliquibus verò non.

Sic ferè Laurentius & eius asseclæ.

Contra Laurentiū facit autoritas Aristotelis asserentis eā propositionē quæ μὴ παντὶ non omni inesse significat esse particularē, vt ex definitione propositionis particularis primo Priorum est manifestissimum.

Et cùm biparticularis est hæc. Non omnis homo volat, queritur, q̄ sit eius cōtradictoria. Nō enim videtur hæc esse, Oīs homo volat: Sed exquirant ista studiosi.

SECVNDA REGVLA
de isodynamia Contrariarum.

Quoties negatio postponitur signo vniuersali, ipsa æquipollere facit propositiones

tiones

tiones inter se aliôqui contrarias.

Vt nulli nõ scire desiderãt.i.omnes scire desiderant. Rursus hanc regulã signis affirmatiuis non conuenire Valla contendit, quòd in plerisque nil discriminis sit siue pręponatur negatio siue postponatur. vt. omnis auis nõ est prędita plumis, & nõ omnis auis est prędita plumis, vtraq; sine discrimine biparticularis est, neq; ęquiualet vniuersali aut purè pticulari: significat enim plumis quasdã esse, quasdã nõ esse prędita

TERTIA.

De æquiualentia, τῶν ὑπαλλήλων quas Subalternas vocant.

Quoties negatio tã pponitur quã postponitur signo, siue vniuersali siue particulari, ipsa æquipollere facit propositiones sibiinuicẽ aliôqui subalternas.

Vt, Non nulli Scholasticorũ nõ ducunt quotidie lineã, hoc est aliqui nõ ducũt lineã. Rursus: Nõ omnis homo nõ est iust᷒.i.quidã homo est iustus. Similiter, nó quidã homo nõ est iust᷒.i omnis homo est iustus.

Tres iam dictas regulas memoriæ mandare solent hoc Versiculo.

Præ Contradic: post Contra: præ postq; Subalter.

Adijcitur prædictis & alia regula ordine quarta, ex duabus prioribus veluti contexta:

Quoties ĩ aliqua ppositiõe duo signa vniuersalia negatiua ponũtur, alterũ quidem quod ad subiectũ, alterũ verò quod ad prædicatũ referatur, prius cõtrario, iuxta secundã regulã, posterius cõtradictorio.

dictorio, iuxta regulã pmã æquipollet.

Huius regulæ talia dant exẽpla: Nihil nihil eſt, Nullus homo nullum animal eſt, Nemo nunquàm errat. Quorũ primũ ex regulæ præſcripto huic æquipollet propoſitioni: quodlibet eſt aliquid. Secundum verò huic: quilibet homo aliquod animal eſt. Tertium dénique huic: omnis homo aliquando errat.

Talia ſunt & iſta: Nuſquã nullũ corpꝰ eſt, Nemo nuſquã eſt, Nũquã nihil mouetur, Nunquã nullꝰ dormit.

Verũ quoniã huiuſmodi apud idoneos & probatos autores rarò vſui ſunt, ea in pręſentia cũ alijs propoſitionibus, quas additis negationũ plauſtris hîc fingere conſueuerũt prolixiſſimas, & mõſtris adſimiles, omittimus, ad vſum æquipollentiarũ vtilitatemq; declarandã nos accingentes, ſi priùs tamẽ quæſtiunculam quandam fortaſſis neq; friuolã adeò, neque omninò indignam, quæ hîc proponatur, diſcuſſerimus.

QVAESTIO.
eſt eiuſmodi.

Dictũ eſt qua ratione concordes aliquo modo reddi queãt Cõtradictorię, Cõtrarię aut Subalternę: Quæritur próinde, nũ & Subcõtrarię ęquipollẽtes fieri poſſint. Reſpõdemꝰ, veteres nullã regulã de ſubcõtrarijs pręſcripſiſſe, quòd animaduerterẽt nõ ita reddi poſſe æquiualẽtes, ſicut cęteras. Neq; enim negatiua adfirmatiuæ reſpõdebit, niſi fortè addita ad pędicatũ negatiõe, vt, quidã amor nõ eſt nõ turpis. i. quidã amor turpis eſt: lõgè verò minùs adfirmatiua negatiuæ vnquàm per additionem negationis fieri poteſt æquipollẽs, propterea quòd ſubiuncta negatione eſt aliud omninò nihil, quàm ipſa negatiua particularis, & æquipollentes propoſitiones debent alias atque alias habere formas, ſicut in cæteris eſt videre. Aliam nanque formam habet hæc: non nullus amor eſt turpis, &

pis, & aliam ista: Aliquis amor est turpis.

Atqui Contradictoriarum, Contrariarum & Subalternarum vtramcunque sumere volueris, alteri per negationem æquipollentem feceris, quemadmodum ex præcedentibus est manifestissimum.

VSVS

Aequipollentiarum.

Isodynamia cõducit non mediocriter ad iudicium propositionum.

Nam indè iudicare faciliùs possumus obscuriorum propositionũ tum qualitatem tum quantitatem: tum veritatem tum falsitatem, vt si ignores, quanta qualisúe sit hæc propositio: Non nullus sapiens est diues, si nouerimus eam æquipollere huic: aliquis sapiens est diues, statim quoq; intellexerimus eã esse particularẽ affirmatiuã. Deinde si hæc vera sit: Aliquis sapiens diues est, erit & altera vera: non nullus sapiẽs est diues.

Deinde conducit non parum ad intelligendum, quæ propositiones sint eiusdem, & quæ diuersæ virtutis & efficaciæ. Sunt enim æquipollentes ambæ eiusdẽ planè virtutis, idemque efficiunt.

Postremò ad copiam æquipollentia facit plurimùm, & est in primis pulchrum quærẽti sermonis ornatum, posse multas excogitare loquendi formas, atque ex iis (velut ex ingenti flosculorum multitudine) aptissimam elegantissimamque eligere.

Atque in hunc modum hactenus de Kategoricarum propositionũ adfectionibus duabus, Oppositione nimirum & AEquipollẽtia, diximus. Restat Conuersio, quę & ipsa adfectio & passio quędã est istiusmodi propositionum, cuius maximus vsus in Syllogismorum imperfectorum demonstratione habetur. Ideoq; diligenter nobis exponenda est, sed nõ hoc loco, quo alij eã tradere cõsueuerũt, quia ad Aristotelis ordinẽ nos iam ab initio obstrinximus. Is autem in primo τῶν ἀναλυτικῶν προτέρων Conuersionem tractat.

BREVIS

dictorum Tabula.

ENVNTIATIONIS

- Partes integrales
  - Nomen &
  - Verbum.
- Genus, Oratio: & illa est
  - Perfecta
    - enũtiatiua.
      - Vera
      - Falsa.
    - nõ enũtiatiua.
      - Depcatiua
      - Imperatiua
      - ĩterogatiua
      - Vocatiua.
  - Imperfecta.
- Significata
  - Enuntiatio vna
  - Enuntiatio plures.
- Partes subiectiuę
  - Cõposita enũtiatio, seu hypothetica.
  - Simplex seu categorica, bifariã definita, & bipartitò diuisa
    - Primò, in,
      - Affirmationẽ
      - Negationẽ.
    - Secũdò, in,
      - Vniuersalẽ
      - Particularẽ
      - Indefinitam
      - Singularem.
- Proprietates
  - Oppositio
    - Contraria
    - Subcontraria
    - Contradictoria.
    - Additæ sunt leges oppositarum.
  - ἰσοδυναμία quam vocant æquipollentiam.
- Materia
  - Naturalis seu necessaria.
  - Contingens
  - Remota.
- Vsus, est ad formãda iuniorũ iudicia planè necessari[9], itẽ ad syllogismos cõtexẽdos, ad Locos Dialecticos, & reliquas Logicæ partes, vt priùs est latè declaratum,

Pars secunda

LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

MEminimus priùs librum περὶ ἑρμηνείας apud Aristotelem vnicum esse & indiuisum (teste præter alios Politiano) à posterioribus tamen quos nunc Scholæ sequuntur, in duos libros dissecatur, quorum Secundum hîc incipiunt, quòd ea, quæ déinceps traduntur, nó parum à præcedētibus esse diuersa dicant.

Priùs quidem egit Aristoteles potissimùm de Enuntiatione simplici, huiusque partibus, & proprietate, quæ dicitur Oppositio, quorum vsus præcipuus est ad Argumētationis & Syllogismi partes distinctè cognoscendas, perfectiusque iudicandum, quæ propositio vera, quæ falsa sit.

Déinceps verò de eadem simplici enuntiatione determinatur, quatenus ipsi aliquid additur ratióe subiecti, prædicati aut copulæ, & de mutuis propositionum æquiualentijs inde prouenientibus.

VSVS

Doctrinæ huius partis.

Plurimùm autem, quæ déinceps hoc libro Aristoteles docet, licèt argutiùs paulò & obscuriùs, códucút ad sermonis sententiarumque copiam, qua nihil est vel admirabilius vel magnificentius. Docet enim hæc pars multiplicare propositiones simplices, hoc est, quomodò multæ dari queant propositiones eiusdem sententiæ, idque vel per additionem negationis, vt, Pantaleon est cādidus, Pantaleon nó est nó candidus.

Vel per coniunctioné determinationis ad determinabile, aut diuulsionem à determinabili. Sic hæ duæ: Pantaleon est homo, & Pantaleon est candidus, idem valent cum hac vna: Pantaleon est homo candidus. Et hæc cum illis duabus idem valet

Vel déniq; per certā additionem modorū istorum:

Possibile

Poſſibile, Contingens, Impoſſibile, Neceſſe. Vndè hæ ſunt æquipollentes:

Poſſibile eſt eſſe candidum,
Contingens eſt eſſe candidum.
Non eſt impoſſibile eſſe candidum,
Non eſt neceſſe non eſſe candidum.

Hinc liquidò conſtare poteſt, ad iudicium quoque de propoſitionum veritate & falſitate hanc partem mirè cōferre. Quandoquidē eiuſdē ſenſus propoſitiones, veritate quoque inter ſe aut falſitate cōſentiunt.

Poſtremo his quæ iam docebantur ritè perceptis, intelligitur plurimarum propoſitionum legitima connexio, & ex ſeinuicem conſecutio. Quoniam propoſitio vna alteram eiuſdē ſententię rectè infert, & concludit, vt ſequentia declarant.

Partis ſecundæ

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ

CAPVT I.

IN primis Ariſtoteles docet propoſitiones multiplicare per negationē nunc additam, nunc adēptam. Homo eſt cādidus, homo non eſt non candidus, ſunt eiuſdem ſenſus, fiuntque ex huiuſmodi propoſitionibus legitimæ conſequentię, quas expediunt Neoterici duabus his regulis:

PRIOR REGVLA.

Ab affirmatiua ad negatiuam bona eſt conſequentia, prædicato variato ſecundum finitum & infinitum comparatione eiuſdem ſubiecti.

Prædicatū dicitur variari ſecundū finitum & infinitū, quādo ſumpto in antecedēte ſine negatiōe additur

in consequente negatio: aut contrà, sumpto in antecedente cum negatione, in consequente adimitur negatio, vt Paulus est syncerus, ergo Paulus nō est nō syncerus: siue quod eòdem recidit, ergo Paulus non est insyncerus.

RATIO REGVLAE.

Regulæ ratio est, quia alioqui duo contradictoria de eodem dicerentur, quod facilè est ostendere.

CONDITIONES obseruandæ.

Cæterùm, vt hæc regula vniuersaliter sit vera, nonnullas adijciunt conditiones obseruandas.

PRIMA EST.

Vt totum prædicatum mutetur secundum finitum & infinitum. Quare non valet illatio, ego video equū, ergo non video nō equum. Possum nanque simul videre equum & non equum.

SECVNDA.

Quando fit argumentatio in propositionibus ex verbo præteriti vel futuri temporis, oportet in antecedente tempus vniuersaliter accipi, vel in consequente particulariter, aut cum relatiuo identitatis. Nam fieri debet, vt loquuntur, verificatio pro eodem tempore. Vt non sequitur: Homo fuit doctus, ergo nunquàm fuit indoctus. Sed sequitur. Homo semper fuit doctus, ergo nunquàm fuit indoctus. Item rectè sequitur: Homo fuit doctus, ergo aliquo tempore, vel eodem tempore non fuit indoctus. Alias conditiones prolixitatis vitandæ gratia relinquimus aliunde petendas.

POSTERIOR REGVLA.

A negatiua ad affirmatiuā valet consequentia, prædicato variato secundum

finitum

finitum & infinitum, modò ritè ponatur constantia subiecti.

Vt, homo non est iustus, & homo est, ergo homo est non iustus: Rursum. Homo non est non iustus, & homo est, ergo homo est iustus, Non posita autem constantia seu existentia subiecti, volunt nõ sequi: hircoceruus non est leo, ergo hircoceruus est non leo,

Et ponẽda est rite cõstantia iuxta exigentiam copulæ. Hinc dicunt non sequi: Socrates non fuit albus, & Socrates est, ergo Socrates fuit non albus. Ponenda enim erat constantia hoc pacto: & Socrates fuit.

Item negant sequi: Socrates aliquo tẽpore non fuit homo, Socrates aliquo tempore fuit, ergo Socrates aliquo tempore fuit non homo.

Sed huiusmodi argutias quamuis propter Scholas, quibus seruimus, attingere oporteat aliquoties, aliis tamen exactiùs discutiendas malumus relinquere, vbi leuiter attigim', vt sit occasio viua voce, quibus placet, explicandi. Pergamus igitur ad alia

De consequentijs variato *subiecto secundũ finitũ et infinitum.*

ARistoteles in suo cõtextu apertè profitetur, illas, quę sunt ex subiecto infinito, nullũ habere consequentiæ vinculũ cum ijs, quæ ex finito subiecto sunt, quod absolutè verissimũ est. Neq; enim sequitur: Non homo est animal, ergo homo nõ est animal. Iuniores tamẽ, qua sunt diligentia, ne dicam, curiositate, paulò quã Aristotelis subtiliùs & ꝓfundiùs, consideratione circa hãc rẽ intendẽtes, duas fecerũt regulas, quas si cui forsan legere lubeat, non grauabor subijcere cũ vnico exemplo, prolixiorẽ, quę apud eos est, enarrationẽ consultò fugiens, ne in re subtili magis quàm

vtili

vtili, tempus teramus.

PRIOR REGVLA

Argumentandi subiecto variato penes finitum & infinitum.

Ab affirmatiua ad negatiuã valet consequentia, subiecto variato penes finitum & infinitum, hoc seruato, vt non procedatur à non distributo ad distributum, vt bene sequi dicunt: Omnis homo est animal, ergo omnis non homo aliquod animal non est.

POSTERIOR REGVLA

Subiecto variato.

A negatiua ad adfirmatiuam subiecto variato penes finitum & infinitum, valet consequentia, modò subiectum antecedentis capiatur vniuersaliter, non autẽ subiectum cõsequentis: & ponatur cõstantia prędicati antecedẽtis. Vt bene sequitur: Nullus homo est albus, & album est, ergo non homo est albus.

PARTIS SECVNDAE ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ,

De coniunctis & diuisis *prædicatis*,

CAPVT II.

DOcet deinde Aristoteles plura prædicata diuisa in vnum coniungere prædicatum, & vice versa, vnum prædicatum complexum in plura separare. Et ad pleniorem docendorum intelligentiam, pręmittit hanc diuisionem.

Eorũ, quæ diuisim prædicãtur, { *Quædã prædicãtur cõposita, vt vnum.* / *Alia verò nõ pdicantur cõposita, vt vnũ.* }

Prædicati

Prædicari diuiſim de ſubiecto aliquo, eſt verè adfirmari de eodem ſubiecto in diuerſis propoſitionibus, aut in eadem propoſitione, mediante coniunctione. Coniunctim verò, eſt prædicari in eadem propoſitione, abſque interuentu coniunctionis, vt in his propoſitionibus: homo eſt animal, & homo eſt rationalis, prædicata animal & rationale, de homine dicuntur diuiſim. quę prædicantur coniunctim ſeu compoſita, vt vnum prędicatum, in hac propoſitione, homo
„ eſt animal rationale. Verùm nō oīa (inquit Ariſto-
„ teles) quæ diuiſim dicũtur, vt cōpoſita dici poſſũt. Et de talibus mox adſignat regulas duas.

PRIOR ARISTOTELIS
Regula, de Diuiſis, quæ non poſſunt coniungi vt vnum.

Prædicata, quæ per accidens aut de eodem, aut alterũ de altero prædicantur, ea non erunt vnum.

Quam regulã accommodari vult Faber ad ea, quæ per ſe & ſeorſum de eodẽ accidentaliter prædicantur, vt duo accidentia de vno ſubiecto, & rurſum, illa eadem de ſeinuicem, vt accidens de accidente. Exem-
„ plũ regulæ adſignans Ariſtoteles ait: Vt, homo & al-
„ bus quidẽ eſt & muſic⁹, ſed nō vnũ eſt albũ muſicũ.

POSTERIOR REGVLA
De diuiſis non coniungendis vt vnum.

Illa prædicata, quorum alterum alteri ineſt, etiam non erunt vnum.

Hoc eſt, illa prædicata coniunctim ſumpta, non poſ-

non possunt dici vnum, quorũ posterius priori inest, vel priori idem est. Nam si idem prorsus prædicatum de aliquo diuisim dicatur, vt in his: Ioannes est albus, & Ioannes est albus, inepte coniungentur prædicata „ sic: Ioannes est albus albus. Et hoc est, quod Aristo „ teles dicit. album sæpiùs repeti non posse.

Si autem posterius essentialiter includatur in priore, vt, Ioannes est homo, & Ioannes est animal, non aptè coniungi prædicata videntur, dicendo: Ioannes est homo animal.

Sed an istud prædicatum (homo animal) minùs sit vnum, quàm istud: animal homo, relinquitur ex Grammatica disputandum.

DE CONIVNCTIS
quæ non possunt diuidi.

Vt quædam prædicata separata nequeunt coniungi, vt vnum, sic quædam coniuncta nequeunt de eodem „ dici separatim, de quibus Aristoteles: Fit (inquit) vt „ eadem coniunctim atque diuisim dicantur, verùm „ non semper: & mox subijcit duas exceptiones.

PRIOR
exceptio Aristotelis.

Quando est oppositio inter prædicata diuisim sumpta, semper falsum est eadẽ coniunctim atque diuisim dici.

Ea dicuntur opponi diuisim sumpta, quæcunque sumpta in diuersis propositionibus, non possunt de eodem verè dici.

Horum autem, quædam tam coniunctim, quàm diuisim sumpta opponuntur, vt homo & equus, in quibus locum non habet hæc exceptio: Aristoteles enim agit de

agit de iis, quæ coniuncta quidem dicuntur, sed non diuisa. Vt cadauer est homo mortuus, prædicata coniuncta verè dicuntur de subiecto, & de eodem diuisa verè dici non possunt.

ALTERA exceptio est

Quando alterum prædicatorum secundum accidens prædicatur, tūc nō rectè dicuntur diuisim de eodem subiecto.

„ Vt, non si Homerus est Poëta, Homerus est. Secundum accidens enim prædicatur (est) de Homero, „ nam quia Poëta est, & non secundum se, inquit Aristoteles.

Quid dicatur secundum accidens prædicari.

Illud dicitur secundum accidens prædicari, quod ratione adiuncti prædicatur, & non secundum se, vt in hac enuntiatione: Aethiops est albus secundum dentes: dictio, albus, prædicatur secundum accidens de Aethiope, quia prædicatur tantùm ratione adiunctæ determinationis (secundum dentes) Per se verò albū nunquàm de Aethiope prædicabitur.

Sic in exemplo illo: Cadauer est homo mortuus, homo de cadauere dicitur dúntaxat, ratione determinationis, mortuus, & ita de cadauere dicitur per accidens.

Ex quo facilè intellgitur, omnia exempla, quæ ad priorem exceptionem pertinent, etiam ad hanc pertinere

tinere, ſed non contrà, quia frequenter euenit, vt alterum ſecundum accidens prædicetur, nõ tamen ſit inter ipſa oppoſitio, vt, Homerus eſt Poëta.

Neque enim inter ſe repugnant hæc duo prædicata, eſſe, & eſſe Poëtam, quia ſi Homerus viueret, ambo de eõdem verè dicerentur.

De cõſequentijs prædicatorum diuiſorum & coniunctorum.

Quanquàm Ariſtoteles tradere nõ vult hoc loco Argumentandi formulã à diuiſis ad coniuncta, aut contrà, licèt ad hoc verba eius accommodari poſſint, tamen recentiores pro ſua diligentia & curioſitate latè hîc tractant cõſequẽtias à diuiſis ad cõiuncta, & econtrariò. Doctrina eorum, ſi quis eam deſiderat, eſt huiuſmodi.

Argumentari à diuiſis ad cõiuncta, eſt ex prædicatis ſeparatim ſumptis, eadem inferre compoſita.

Vt verò argumentatio talis concludat, addũt aliquot regulas ſeu conditiones.

PRIMA CONDITIO EST.

Si ſubiectum fuerit terminus cõmunis, adſciſcet ſibi relatiuum identitatis in ſecunda propoſitione: hinc nõ ſequitur, aliquod animal eſt cygnus, & aliquod animal eſt nigrum, ergo aliquod animal eſt cygn⁹ niger. Dicendum erat, & idem animal eſt nigrum.

Secunda

SECVNDA.

Si copula sit præteriti aut futuri temporis, in secunda antecedẽtis parte, fiet, vt loquũtur, verificatio secundũ idem tempus. Hinc non sequitur: Socrates fuit puer, & Socrates fuit sapientissimus. ergo fuit puer sapientissimus. Dicendum erat in secũda propositione, & Socrates eodem tempore fuit sapientissimus, atque ita, quemadmodum consequens est falsum, sic etiam antecedens.

TERTIA.

Prædicata diuisim sumpta, debent integra & tota inferri, & non tantùm eorum partes. Hinc non sequitur, video coruũ, & video albũ, ergo video coruũ album. Deberet aũt sic inferri, ergo sum videns coruum videns album. Sed iam consequens est oratio inepta.

Similiter non concludit illud vulgare argumentum. Album prædicatur de pluribus differentibus specie, & prędicatur in eo quod quid est, ergo prędicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est. Consequens est falsum.

Sed non inferuntur tota predicata quare sic deberẽt inferri, ergo album est prędicatum de pluribus differentibus specie prędicatũ in eo quod quid est, sed iam & hoc quoque consequens est ineptum, & abijciendũ.

Constat igitur, ex talibus propositionibus, antecedentis loco positis, nunquàm bene argumentari à diuisis prędicatis ad coniuncta, in quibus prędicata coniungenda, sibi inuicem immediatè coniungi in eadem propositione, nisi ineptè, non possunt, vt in prędictis est animaduersum.

A CONIVNCTIS
Prædicatis ad diuisa.

Argumentari à coniunctis ad diuisa,

est ex

est ex prædicatis coniunctim sumptis, inferre eadem diuisa.

Argumentamur hic affirmatiuè & negatiuè, differenter tamen, quia dum argumentamur affirmatiuè, vtimur cōiūctione copulatiua, vt, Paulus est homo pius, ergo est homo, & est pius.

Negatiuè verò disiunctiua vtimur, vt, elephas non est brutum album, ergo elephas non est brutum, vel elephas non est albus.

A subiectis quoque nunc coniunctis, nunc diuisis sic argumentantur.

Omnis homo albus currit, ergo homo currit, & album currit.

Sed non putamus operæprecium his diutiùs immorari. Vsum autem horum priùs indicauimus. Nunc ad Modales transimus.

De modalibus,

LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ CAP. VLTIMVM.

VEndicant sibi non immeritò singularem apud Aristotelem tractatū, enuntiationum illæ, quæ Modales dicuntur, à quatuor modis his: Possibile, Contingens, Impossibile & Necesse, quibus compositio prædicati cum subiecto afficitur.

Aliter enim quodammodò in his, & æquipollētia & oppositio consideratur, quàm in simplicibus illis, in quibus enuntiatur prædicatum simpliciter de subiecto, citra talium modorum determinationem.

Vocāt igitur Modalē propositionē eam

solam

solā, cuius copula determinatur aliquo horum quatuor modorum, Possibile, Contingens, Impossibile et Necesse: Vel quæ æquiualens quippiam continet.

Vt sunt oportet, potest, accidit, euenit, contingit, separabilis, inseparabilis, penetrabilis, impenetrabilis, aliaque eiusmodi vocabula, potentiam, necessitatem vel impossibilitatem significantia.

Alias propositiones omnes, quotquot eiusmodi non continent copulæ determinationem, vocant propositiones de inesse, quia simpliciter & sine dictis modis, prædicatū subiecto inesse vel non inesse enūtiant.

Mutuas autem Modalium propositionū oppositiones, & æquipollentias traditurus Aristoteles adsignat quatuor ordines propositionum, & in singulis ordinibus quatuor propositiones, idque hoc semper ordine, vt prima sit ex Possibili secunda ex Contingenti, tertia ex Impossibili, & quarta ex Necesse.

Hi autem quatuor ordines, vnà cum qualitate propositionum, indicantur clarissimè quatuor dictionibus, quarum singulę, quatuor itidē constāt vocalibus.

Dictiones sunt hæ —— { Amabimus / Edentuli / Iliace / Purpurea.

Quę & si secundū se nihili voces sunt, & omnis significationis expertes, memoriæ tamen iuuandæ atque confirmandæ gratia, vtiliter à studiosis hominibus excogitatæ, omnem de Modalibus difficultatē, etiam sine regulis, quibus iuuentutē hîc onerare solēt, aptissimè declarant, siquis modò vocalium in eis contentarum teneat significationem & repræsentationem. A, igitur significat nullam omnnò adesse debere

negationem.

E, significat adhibendam esse verbo tantùm.

I, Negationem ponendam esse ad modum tantùm.

V, & ad verbum, & ad modum.

Vndè versiculus vulgatus:

E, verbum negat, Ique modum, nihil A, sed. V. totum.

Est ergo Oppositarum, & item Aequipollentium seu consequentium propositionum bene dispositarum secundum Aristotelem descriptio huiusmodi.

CONTRARIAE.

Hæ quatuor æquipollēt inter se.	*Purpurea.*	Et item hæ 4. æquipollent.	*Iliace.*
	Nō possibile est nō esse		Nō possibile est esse
	Nō cōtingēs est nō esse		Nō cōtingēs est esse
	Impossibile est nō esse.		Impossibile est esse
	Necesse est esse.		Necesse est nō esse.

SVBALTERNAE. CONTRADICTORIAE. CONTRADICTORIAE. SVBALTERNAE.

SVBCONTRARIAE.

Et item hæ 4. æquipollent.	*Amabimus.*	Et item hæ 4. æquipollent.	*Edentuli.*
	Possibile est esse		Possibile est non esse
	Contingens est esse		Contingens est non esse
	Nō īpossibile est esse		Nō impossibile est nō esse
	Nō necesse est nō eē.		Non necesse est esse.

DE

DE
Æquipollentia Modalium.

Harum propositionum talis inter se est habitudo, vt omnis propositio ex possibili habeat aliquam ex cōtingenti, aliquā ex impossibili, aliquam ex necessariò, cum qua conuertatur secundum cōsequentiam: & similiter queuis ex contingenti habet suas ex possibili, impossibili & necessariò, & ita de reliquis.

Fit autem hęc consequentia, seu æquipollentia propositionum, diuersos modos habentium, secundum varias affirmationes & negationes, nunc modi, nunc verbi, nunc simul vtriusque, vt clarè satis ex data modò tabula perspici potest, vbi singulę 4. complexiones inter se adnotatę sunt idem pollere. Sic omnes in Purpurea, inter se valēt quodammodò idem: Rursus, quę sunt in Iliace. Et de alijs similiter est iudicādum.

De Modalium oppositione.

Vt autem habeatur Modalium propositionum oppositio, etiam illud in præscripta tabula venit considerandum, quòd propositiones quæ subscribuntur dictionibus Purpurea, & Iliace, sunt inter se contrarię, propriè quidem si eosdem modos habeant, vt, non possibile est nō esse, & non possibile est esse: Item necesse est esse, & necesse est non esse.

Impropriè verò & secundum consequentiam dúntaxat, si diuersis constent modis, vt, non possibile est non esse, & necesse est non esse, quia diuersitas modorum, etiam extremorum, diuersitatem inducit, quam non admittunt oppositę propriè dictę.

Propositiones verò quæ subscribuntur Amabimus & Edentuli, sunt inter se subcontrariæ, vt, possibile est esse, possibile est non esse.

Item. poſſibile eſt eſſe, & non neceſſe eſt eſſe, iuxta modum priùs dictum.

Similiter quæ ſubſcribuntur Purpurea & Edentuli, aut Iliace & Amabimus, ſunt inter ſe contradictoriæ.

Quæ verò ſubſcibũtur Purpurea & Amabimus, aut Iliace & Edentuli, ſunt inter ſe ſubalternæ.

Quorum omnium rationẽ facilè intelliget, qui perpenderit hos quatuor modos, Neceſſe, Impoſſibile, Poſſibile, & Poſſibile non eadem planè ratione efficere oppoſitionem in propoſitionibus Modalibus, qua hæc quatuor ſigna, omnis, nullus, aliquis, & aliquis non, oppoſitionem efficiunt in propoſitionibus de ineſſe. Nam quemadmodum in deſcriptione quatuor harum propoſitionum:

Omnis homo eſt,	Nullus homo eſt,
Quidam homo eſt,	Quidam homo non eſt,

Duæ ſupremæ, ſunt inter ſe contrariæ, duæ infimę ſubcontrarię, duę combinationes, quę ſecundum diametrum ſumuntur, ſunt contradictorię, & duę combinationes, quę ex duobus lateribus ſumuntur, ſunt ſubalternę.

Sic etiam in deſcriptione harum quatuor propoſitionum Modalium:

Neceſſe eſt eſſe,	Impoſſibile eſt eſſe,
Poſſibile eſt eſſe,	Poſſibile eſt non eſſe.

Duæ ſupremę cum æquiualentibus ſunt contrariæ, duæ infimæ ſunt ſubcontrarię, duę combinationes ſecundum diametrum ſumptę, ſunt contradictorię, & duę combinationes laterales ſunt ſubalternæ. Nec eſt, quòd miretur quis, nullam hîc mentionem fieri propoſitionum de contingenti, quia quantum ad hanc rem attinet, contingens non differt a poſſibili.

De ſenſu

De sensu composito & diuiso.

Inter propositiones modales etiam obseruanda est ista diuersitas quòd quędam habẽt duplicem sensum, compositum & diuisum, quædam verò non. Nam hæ propositiones: Possibile est hominem stare, Impossibile est hominem esse equum, & similes, quæ nõ constant duob^9 cõcretis accidentiũ, vnicũ habẽt sensum, quẽ neq; compositũ neq; diuisum appellare solemus.

Quæ verò constant duobus concretis accidentium, vt, possibile est album esse nigrum, possibile est calidum esse frigidum, admittunt sensum compositum & diuisum.

Sensus compositus est, quando significatur fieri posse, vt album manens album simul sit nigrum. & calidum manens calidum simul etiam frigidum sit.

Diuisus verò erit, si significatur fieri posse, vt ea res, quæ est alba aliquando sit nigra: & ea quæ est calida, aliquando sit frigida.

Similiter hæ, Impossibile est iustum esse iniustum, Impossibile est sedentẽ stare, in sensu cõposito significant fieri non posse, vt, iustus manens iustus, simul sit iniustus: & sedens manens sedẽs, simul stet: In sensu verò diuiso significant fieri non posse, vt is qui iustus est, aliquando sit iniustus, & is qui nunc sedet, aliquando stet.

VSVS horum diuersorum sensuum.

Neque verò parui ducenda est huiusmodi sensuum diuersitas, cùm facilè accidat, vt vna & eadem propositio secundum vocem, in altero quidem sensu vera sit, in altero autem falsa: Nam duę propositiones ex possibili superiùs positæ, sunt in sensu composito falsę, & in sensu diuiso verę, Cõtrà verò, propositiones de impossibili, sunt in sensu composito verę, & in sensu diuiso falsæ.

Hanc de propositionibus Modalibus doctrinã, quan ta fieri potuit luce atq; breuitate perstrinximus, pro futuram studiosis ad multarũ difficilium quęstionum diiudicationẽ. Volẽs autẽ, multas ieiunas cauillationes & nugacissimas nugas relinquo, ea modò recensens, sine quibus multa, quæ apud probatos autores leguntur, & quæ in quotidianis sępe occurrunt disputationibus, exactè iudicari non possunt.

DE HYPOTHETI CIS PROPOSITIONI- bus Tractatio.

NE studiosis adolescentibus, quos instituendos suscepimus, deesse videamur, de Hypotheticis propositionibus, quas suo loco in hoc libro περὶ ἑρμηνείας cum Aristotele neglexímus, latiùs hîc putauimus tractandum.

FINITIO

Enuntiationis Hypotheticæ.

Enuntiatio composita seu hypothetica est, quæ plures habet categoricas principales sui partes, cõiunctione aliqua simul iunctas.

Vt, si dies est, lux est.

Dantur tamen quędam hypotheticę enuntiationes, quæ non expressè constant categoricis, sed virtute dúntaxat, vt, si dies esset, lux esset. Item quædã etiam alijs compositis enuntiationibus constant, quarum exempla breuitatis caussa prætereo.

PRIMA DIVISIO

Hypotheticæ enuntiationis.

Hypothe-

Hypotheticarū alia est

- *Copulatiua*, cuius partes principales copulatiua cōiunctione vniūtur. vt, Narcissus est formosus, & Thersites turpis est.
- *Disiunctiua*, Cuius partes principales disiunctiua cōiunctione cōiungūtur, vt, aut dies est, aut nox est.
- *Conditionalis*, vt, Si homo est, aīal est.
- *Rationalis*, vt syllogismi, quos posteà damus.
- *Caussalis*, vt, quia Iudas proditor erat, malè perijt.

ALIA DIVISIO
sumpta secundum qualitatem.

Rursus hypotheticarū, alia est

- *Affirmatiua*, Cuius copula principalis nō negatur, siue partibus adfirmatiuis constet siue nō. vt, si lux non est, dies non est.
- *Negatiua*, Cuius principalis copula negatur, vt, nō quia Gręcus est, ideo leuis est.

Principalis copula hic dicitur, à qua ꝓpositio hypothetica suam speciē sumit: quod intelligitur ex dictis.

DE OPPOSITIONE
Hypotheticarum.

Quoniā hypotheticis propositionibus tribuitur adfirmatio & negatio, hinc fit, vt etiā in ipsis reperiatur contradictoria oppositio, quæ ex adfirmatione & negatione nascitur. Vt hę sunt contradictorię: Si lux est, dies est, & non si lux est, dies est.

Contraria verò & subcōtraria oppositio certā quātitatē requirunt, quæ hypotheticis nō competit, & ideo non reperiuntur in hypotheticis enuntiationibus.

De veritate & falsitate hypotheticarū.

Ad veritatē propositionis copulatiuę adfirmatiuæ, requiritur

requiritur vtriusque partis veritas, vt ad veritatem huius, homo natus est ad laborẽ, & auis ad volatũ, requiritur veritas vtriusq; categoricę, ex qua cõponitur. At verò ad disiunctiuæ veritaté requiritur, & sufficit alterius partis veritas, nec obest si plures partes habeat veras. Nam quod dicitur à quibusdam in disiunctiuis plures veras esse non posse, quàm vnam, absolutè falsum esse ostendit illud Vergilij:

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui

Aut hæc in nostros fabricata est machina muros

Aut aliquis latet error. Nam omnes hîc sunt veræ. Conditionalis adfirmatiua est vera, si ex antecedente rectè inferatur consequens i. si sit bona cõsequentia, siue partes veræ sint, siue falsæ, vt, si cœlũ non mouetur, cœlum quiescit.

Hic non incommodè addi potest, quòd omnis vera cõditionalis sit necessaria, & omnis falsa impossibilis.

Propositio rationalis in se virtute continet copulatiuam & conditionalẽ, & ideo ad sui veritaté duo requirit, videlicet vtriusq; partis veritaté, & integritatẽ consequentiæ, vt, Petrus studet, igitur non dormit.

Idem sentiunt quidam de caussali propositione sed falsò, quia non semper oportet propositionem caussalẽ esse bonã consequentiam. Sed ad veritaté eius requiritur, & sufficit vtranq; partẽ esse verã, ac eã partẽ quæ statim sequitur coniunctionẽ, aliquo modo esse alterius partis caussam, siue bonã efficiat cõsequentiã siue non, vt, quia peccasti punitus es.

Consultò hic præterimus, quid ad vniuscuiusq; dictarum falsitaté, aut quid ad negatiuarũ veritaté requiratur, quia id ex dictis facilè intelligitur.

LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, ET TOTIVS EIVS PARTIS LOGICES, QVAM VETEREM ARTEM VOCARE SOLENT, FINIS.

LOGICES

LIBER QVARTVS

de Argumentatione,

ΕΞ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΚΑΙ ΥΣΤΕΡΩΝ, ID EST,

Ex libris Analyticis Prioribus, Posterioribusq́ue *Aristotelis.*

ARISTOTELES, quos de ratione aliud ex alio colligendi seu ratiocinandi, scriptos posteris reliquit libros, τῶν ἀναλυτικῶν titulo insigniuit, quòd Argumẽtationum maximè syllogisticarum, vt Syllogismi generaliter sumpti, & item Demonstrationis, resolutionem in sua principia tradant.

Nomen igitur libris indidit ἀπὸ τῆς ἀναλύσεως, quam Latini Resolutionẽ vocauere, quòd ἀναλύεσθαι sit rem certi cuiusdam generis ex multis conflatam partibus, in illas partes resoluere, atque retexere.

Nos, præstantissimos Dialecticorum Coryphæos, vt hactenus secuti, DE ARGVMENTATIONE hunc librum inscripsimus: DE SYLLOGISMO, aut rectè secundum Aristotolem περὶ τῆς ἀναλύσεως eum libétius inscripturi, nisi aliorũ, quàm sensui nostro obsequi maluissemus.

Sed missa hæc arbitraria faciamus: & ad vsum longè

maximum doctrinæ huius partis aperiendum atque præmittendum sese noster sermo conuertat, vt iuuentus ad eorũ, quę hic tradituri sumus, studiũ exercitiumque (vti par est) veniat alacrior.

VSVS DOCTRINAE
Quarti huius Libri.

Ex nulla Logices parte plus fructus est quàm ex hac, in qua argumentorũ formulas sumus tractaturi. Quis enim simplicium vocum, quarum discrimina primo libro, domicilia verò & classes in Categorijs tradidimus: quis propositionum, quarum natura libro tertio explicata est, vsus fuerit, nisi ex eis contexamus argumenta: & enuntiationẽ enuntiationi iuxta debitum ordinem & modum connectendo, quid verum, quid falsum sit in omni sermone, perscrutemur?

Hoc itaque libro primùm est cernere, quę vis & quanta vtilitas sit Dialecticæ. Cùm enim in omni oratione argumentatione vtamur, neque de argumento vllo recte iudicare possint huius artis imperiti & nulla cõtrouersia sit, quæ non sit conferta argumentis, quid intelligent hi, qui non norunt argumenta iusto ordine connectere, aut dispicere, quomodò singula membra cohæreant?

Profectò tanquàm cæca nocte nauigantes, nullam certam sententiam isti tenere posse videntur, qui ad lectionem cuiuscunque scripti; hoc instrumentum non adferunt.

Non mediocris est negotij sentire, vbi totum argumentum quis recitet, vbi partem eam, quæ erat infirmior, dissimulauerit.

Hoc qui non aduertit, eum sæpe falli, temereque iudicare, necessum est.

Sępe etiam miscentur argumentis Rhetorum schemata. Ornatus autem quanuis propositũ reddat illustrius, tamen quũ de argumẽto iudicare voles, detrahendus

hendus erit: Et argumenti membra, tanquàm nuda ossa, erunt intuenda, vt videas, an satis firma sint.

Frequenter autem decipi contingit auditores copia orationis, & obruuntur eorum ingenia, & oculi mẽtis perstringuntur, vt pro certis amplectantur incerta & vana, pro veris falsa.

Sic Demosthenes vicit Aeschinem, quanquàm in deteriore caussa Est enim hîc Syllogismus:

In consiliis publicis honestas sequenda est,
Ego honestatem secutus sum,
Igitur rectè consului.

Miras autem tragœdias agit tum in maiore, tum minore amplificanda, & orationis impetu iudicum animos perturbat, & in suas partes pertrahit, commemorat exemplum Cyrsili, quòd illum vnà cum vxore lapidibus obruerint Athenienses, quanquàm vtiliter consulentem, quia vtilitatem præposuisset honestati, & consuluisset, vt Athenienses dederent se Persis.

Addit etiam vim minori per collationem, nihilo feliciores esse eos, qui se cum Philippo coniunxerint. Item miserrimam fuisse futuram seruitutem, præterquàm quòd turpis esset, &c.

Hæc tamen omnia, siquis ad Dialecticam reuocet, infirma sunt, quia maior ita vera est, honestatem esse præcipuè spectandam, vt si multa sint honesta, delectus quidem habeatur honestorum, eaque sequamur, quæ minimum habẽt periculi. Nam etiamsi erat honestum Athenis vlcisci iniurias à Philippo acceptas, tamen fuerat id periculosum: itaque quod proximum erat, faciendum fuit, vt pax redimeretur sine turpitudine & sine publico periculo.

Huius generis innumerabilia exempla quotidiè animaduertere licebit, vbi copia oratiõis obruti auditores adsentiũtur incertis, eaq; satis firma esse ducũt,

cùm excerpere nuda arguméta ex oratiõe nõ possunt.

Próinde in omnibus longis caussis hoc faciendum est, vt ad Dialecticam argumenta omnia exigantur, & nuda considerentur, vt iudicari de eis rectiùs possit.

Neque verò in oratione omnes versus ad præcepta Dialectices exigi debent, sed ars quædam est, videre argumenta præcipua, & quibus vnaquæque caussa nititur, hæc sunt ad Dialecticas formas adstringenda.

In ornatu seu explicatione argumentorum similis diligentia nullo modo requirenda est.

Id & Quintilianus monuit, quem locũ, cùm doceat, & quis sit Dialectices vsus, & quatenus ea sit vtẽdum, duxi adscribendum esse, vt eum ediscerent omnes studiosi.

Sic autem habet Institutionũ oratoriarũ lib. quinto.

„ Nanque ego, vt in oratione, Syllogismo quidem „ aliquando vti nefas non duco, ita constare totam, „ aut certè confertã esse aggressionum & Enthyme„ matum stipatione minimè velim.

„ Dialogis enim & Dialecticis disputationibus erit „ similior, quàm nostri operis actionibus, quæ qui„ dem inter se plurimùm differunt.

„ Nanque illi homines docti, & inter doctos verum „ quęrentes, minutiùs & scrupulosiùs scrutantur om„ nia, & ad liquidum confessumque perducunt, vt „ qui sibi & inueniendi & iudicãdi vendicẽt partes, „ quarũ alterã τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant.

„ Nobis ad aliorum iudicia componenda oratio „ est, & sæpiùs apud omninò imperitos, aut aliarum „ certè ignaros literarum, loquendum est, quos nisi „ delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nõ„ nunquàm turbamus adfectibus, ista, quæ iusta ac „ vera sunt, tenere non possumus.

„ Locuples & speciosa vult esse eloquentia, quo„ rum nihil consequetur, si conclusionibus certis &

crebris

„ crebris,& in vnam propè formam cadentibus con-
„ ciſa, & contemptum ex humilitate, & odium ex
„ quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatem,& ex am-
„ plitudine faſtidium tulerit.
„ Feratur igitur non ſemitis, ſed campis, non vtì
„ fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi
„ amnes totis vallibus fluat, ac ſibi viam, ſiquando
„ non acceperit, faciat,&c.

Ita Fabius monet in oratione liberiùs diſputandum eſſe, ſed quum iudicare de cauſſa voles, ornatus argumentis detrahendus erit, eaque iuſtis formis ſyllogiſmorum illigare oportebit.

Nullæ enim Rhetorum probationes certæ ſolidæq; exiſtunt, niſi ijs formulis, quas, ſubijciemus, circumſcribi queant. Quod qui non videt, totius Dialectices fructu ſeſe fruſtrari ſciat. His præmiſſis librum quartum partiamur.

LIBRI HVIVS QVARTI
DIVISIO.

Præſentem librum diuidimus in tres partes, quibus Ariſtotelis ordinem & tractationem vtcunque exprimamus.

PRIMA docet formare Syllogiſmos ex ſuis principijs,& in eadē reſoluere, idque ἐξ Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν προτέρων, α.

ALTERA agit de quibuſdam proprietatibus ſyllogiſmorum, deque alijs Argumentationum ſpeciebus, ἐξ ἀναλυτικῶν προτέρων.

TERTIA, de Demonſtratiōe, ex vtroque τῶν ἀναλυτικῶν ὑστέρων.

Ex Primo Priorum
Analyticorum Aristotelis,
DE
Principijs Syllogismi,
CAPVT I.

Argumentatio oratio est, qua aliud ex alio colligitur.

Diuisio Argumentationis.

Sequi nobis libet Scholarum consuetudinem in numerandis argumentorum formis, ne prodigiosa nouitate, rem per sese non admodùm difficilem, obscuremus. Nec anxiè iam discrimen facimus inter argumẽtationem & argumentum, quod à doctissimis video neglectum.

Sunt igitur species Argumentationis quatuor, Syllogismus, Inductio, Exemplum & Enthymema. His argumentorum formis, alia quædam argumentandi genera inferiùs addentur.

VSVS
Argumentationis.

Vsus præcipuus Argumentationis est, vt quicquid erit argumentorum apud bonos autores, ad hasce argumentorum formas, velut ad trutinam voces, prolixas contentiones, arctis certisq; Syllogismorum iuncturis vincias & adstringas.

Hanc curam qui adhibebunt, res ipsas altiùs introspicient, falsasque connexiones deprehendent citiùs, & facillimè

facillimè totius orationis neruos, & argumenti ordinem atque dispositionem adsequentur.

Quid præcipuè tractandum hoc libro.

De argumentationum formis hoc quarto libro ordine dicemus, præcipuè tamen & omnium maximè de Syllogismo quem Cicero ratiocinationem vocat, frequẽtatũque scribit à Philosophis Peripateticis, & à Rhetoribus quoque ijs, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt.

Est enim Syllogismus forma argumentandi perfectissima, ad quam & cæteræ quodammodò, vt solent imperfectiora ad perfecta reducuntur.

Primùm itaque Syllogismorũ vis nobis est explicanda, sed quum nulla res in cognitionem venire possit, nisi principia eius cognoscantur, ea presertim, ex quibus res constat, hac de causa Syllogismi principia initiò sunt expedienda.

Quadruplicia autem Syllogismorum principia recensentur, quæ in hanc tabulam contraximus.

Principia syllogismorū.
- *Materialia*
  - Simplicia seu remota, vt, Termini,
  - Coniūcta seu propinqua, vt, ꝓpositiones.
- *Formalia*
  - Remotū, quod respóndet terminis, & vocatur figura.
  - Propinquū, quod spectat ad ꝓpositiones, & Modus appellatur.
- *Regulatiua*, quibus immediatè vel mediatè dirigitur omnis syllogismus: Et sunt duæ Regulæ seu Maximæ, sumptę ex definitionibus: Dici de omni, & dici de nullo.
- *Perfectiua*, quib⁹ imperfecti syllogismi ad pfectos reducuntur, quę sunt Conuersio & Transpositio pręmissarum.
  - In oppositā qualitatem,
  - In terminis.

Finis resolutoriæ scientiæ.

Aristoteles, proponit huius scientiæ resolutorię scopum, & finem, vsumq́ue præcipuū, quem dicit esse vt Demonstrationem promptè cognoscere atque conficere queamus, & adipisci scientiam demonstratiuam, deinde tractationem horum principiorum syllogismi à nobis iam dictorum aggreditur, & in primis materialia tradidit, Propositionem priori loco definiens, deinde Terminum, quòd in huius definitione, voce Propositionis fuerit vtendum.

FINITIO
Propositionis.

* *Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.*

Definitũ accipitur pro enũtiatione categorica simplicis qualitatis.

Excluduntur hypotheticæ, quòd non secundũ suam totam significationem adfirment aliquid de aliquo, aut negent.

Qua ratione & mistæ qualitatis propositiones excludẽtur, vt quodlibet est vel non est.

Sũt qui dicãt propositiões singulares hîc nõ describi, ponentes pro genere definiti orationem de subiecto communi, adserentésque de singularibus Aristoteli non esse negotium, quod falsum est. Nam docet ex ijs in tertia figura fieri sylogismos expositorios, per quos syllogismi eiusdem figuræ omnes perficiantur.

DIVISIO
Propositionis.

„ * *Hæc autem, aut Vniuersalis, aut*
„ *Particularis, aut Indefinita*, inquit Aristoteles, propositionem diuidens: cui addas, aut singularis.

FINITIO
Propositionis Vniuersalis.

* *Vniuersalis est, quæ omni, aut nulli inesse significat.*

Significare inesse omni, est significare prædicatum alicuius subiecti cõmunis, cuilibet inferiori aut denominato cõuenire, vt Omnis homo est animal. Omne genus prædicatur de specie. Vndè facile est colligere quid sit significare inesse nulli.

Finitio

FINITIO
Particularis Propositionis.

* *Particularis, quæ alicui, aut non alicui, aut non omni inesse significat.*

Significare inesse alicui, est significare prædicatum conuenire alicui tantùm inferiori aut denominato. Accipitur apud Aristotelem μὴ τινί, nõ alicui, pro, alicui non: & sequẽs membrum μὴ παντί, non omni, eius est declaratiuum, sub quo facilè intellgitur membrum quartum, videlicet, nonnulli.

Exempla sunt: Aliquis homo est eruditus, Aliquis homo nõ est eruditus, Nõ oĩs qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, Nõnulli Græci sunt leues, Quidam Germani nõ sunt bibuli: quãquàm hoc postremum nonnulli singulare esse contendunt. Verũ huiuscemodi disputatio ad Grãmaticen potiùs attinet. Illud addimus, non veritos esse eruditos in lingua Latina viros, exempla particulariũ propositionum per signum, Quidam, adsignare, vt Cæsarium, & alios plures.

FINITIO
Propositionis Indefinitæ.

* *Indefinita verò, quæ inesse aut non inesse significat, sine signo vniuersali, vel particulari.*

Vt, Homo est animal, Homo est albus. Indefinita propositio ex propria significatione & impositione, sensum habet indefinitũ & ambiguum: vt incertum sit, particularitérne an vniuersaliter veniat accipiẽda. Huiusmodi verò ambiguitatem aufert extremorum habitudo: Si enim necessariò prędicatum, aut impossibiliter

ſibiliter ſubiecto adnectatur, vniuerſalé continet ſenſum: ſin contingenter, in ſenſu particulari accipietur. Rectè proinde ſingulares indefinitas eſſe negamus, eáſque excludimus à definitione, quam intelligimus duntaxat de propoſitione ex ſubiecto communi. Commune autem ſubiectum vocatur, quod accipitur pro multis.

FINITIO
Propoſitionis Singularis.

Singularis, cuius ſubiectum eſt terminus ſingularis.

Hoc eſt, non potens de pluribus verificari, Vt, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.

VSVS
Propoſitionis & eius Diuiſionis.

Is eſt propoſitionum vſus, quem in περὶ ἑρμηνείας latè explicuimus.

Repetita autē hoc loco propoſitionis definitio eſt, propter cōuerſiones & ſyllogiſmos, in quibus contexendis, definitis hîc propoſitionibus vtimur.

Diuiſio quoque eiuſdem, ſatis opportunè ab Ariſtotele hūc in locum reſeruata videtur, vt recens ſit memoria diſcriminis vniuerſalis propoſitionis ab indefinita & particulari: quod ſanè diſcrimē momēti eſt maximi in conſtitutione ſyllogiſmorum, & ad regulas figurarum, tam ſpeciales quam generales intelligendas. Inſuper ad conuerſionem propoſitionum, quam ſtatim Ariſtoteles tractat: Ad ipſam dénique ſyllogiſmorum imperfectorum reductionem, &c, vt infrà videbitur.

FINITIO *Termini.*

* *Terminus eſt, in quem reſoluitur*

propoſitio

propositio vt prædicatum, & de quo prædicatur, vel apposito vel diuiso, esse vel non esse.

Vox terminus variè accipitur. Nam quandoque terminus dicitur cuiusuis rei extremitas, siue lineæ, siue panni, siue agri, &c. Antiquitas autē multorum Deorum superstitiosa cultrix, credidit Terminum Deum quendam, qui agrorum fines immobiliter disterminaret: & hunc sub specie grandis saxi adorabat. De quo Virgilius:

Capitoli immobile saxum.

Et Ouidius secundo libro Fastorum.

Nox vbi transierit, solito celebretur honore
Separat indicio qui Deus arua suo.
Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Et nonnullis interpositis.

Tu populos vrbesq; & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.

Aliquando sumitur terminus pro definitione essentiali, vt in primo Topicorum. Nonnunquàm pro quauis voce significante aut etiam cōsignificante. Cuius sic accepti definitionem & diuisiones si quis requirat, libellum de Terminorum acceptionibus adeat. Hic autē accipitur pro eo, quod incipit aut finit propositionem, qualia sunt subiectum & prædicatum, vt nomina & verba, quum iam actu prædicatorum vel subiectorū obeunt munus, vt in his: Homo est bulla,

homo intelligit, duo ſunt termini.

Antecedens relatiui (quem) eſt finis.

Finis autem dicitur id, in quod deſinit, aut à quo incipit res.

Reſolui, eſt poſſe diuidi.

Diuiſio autem huiuſmodi, qua propoſitio diuiditur in extrema, eſt diuiſio totius integralis in partes: eſtq; eius cauſſa efficiẽs intellectus, qui tũc cenſetur diuidere propoſitionem in extrema ſua, quando ea ſeparatim conſiderat.

Quãdo verò alterũ alteri cõiungit, cõponere dicitur.

Appoſito vel diuiſo eſſe, vel non eſſe, hoc eſt, prædicato coniuncto ipſi ſubiecto per eſſe, hoc eſt, per copulam eſt, aut aliam quamuis affirmatam: vel ſeparato à ſubiecto per non eſſe, hoc eſt, per copulam eſt, aut aliam quamuis negatam.

VSVS Termini.

Vtuntur iſta termini voce Dialectici frequentiſſimè, ad deſignanda propoſitionis extrema. Eſtque eius cognitio planè neceſſaria ad ea, quæ de figuris ſyllogiſmorum Ariſtoteles tradit, & ad præcepta alia intelligenda, in quibus terminorum ſyllogiſmi mentio fiet.

Ex Primo Priorum.

CAPVT II.

De Syllogiſmo, eiuſq; diuiſiõe, et principijs regulatiuis.

Syllogiſmum ita finit Ariſtoteles:

** Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddam ab his, quæ*

poſita

posita sunt, ex necessitate accidit, eò quòd hæc sunt. vt,

Omnis homo est animal,
Socrates est homo,
Socrates igitur est animal.

Definitum Syllogismus dicitur, παρὰ τὸ συλλογίζεσθαι, id est, cóputare, colligere, & ratiocinari: supta Metaphora ab Arithmeticis, vt sit hìc συλλογίζεσθαι, ex assumptione propositionum, quasi calculis subductis summam argumentorum efficere.

Duplex est autem Syllogismus vt generatim dicatur. Vnus categoricus seu prædicatiuus, qui constat ex ambabus præmissis categoricis.

Alter est hypotheticus, constans ex præmissis, quarū vna aut plures sunt hypotheticæ Vt sunt hi, Si homo est, animal est: sed homo est: ergo animal est. Si homo est albus, animal est album: sed nullum animal est album, ergo nullus homo est albus Omne animal est rationale vel irrationale, sed elephas est animal, & non est rationalis. ergo est irrationalis.

De quo quidem genere Syllogismorum seorsum à nobis posteà tractabitur latiùs.

Syllogismus categoricus diuiditur in eum, qui constat ex medio communi, & Syllogismum expositoriū, qui medium singulare obtinet. Qualis est hic:

Socrates est patiens.
Et Socrates est philosophus.
Ergo philosophus est patiens.

Disceptatio est apud diuersos, an hìc accipiendus est Syllogismus generaliter, vt comprehendat categoricum & hypotheticum, an categoricum tantùm, quod est verisimiliùs.

De syllogismo autem expositorio, dicimus meliús ipsum intra definitionem recipi quàm excludi.

Hactè

Hactenus de definito.

Definitionis autem hanc reddimus sententiam παραφραστικῶς, alijs verbis copiosiùs ac dilucidiùs explicando, quemadmodùm alibi priùs obscuriores quasdam definitiones claras reddere studuimus.

Syllogismus est oratio hypothetica, seu argumentatio, in qua, dum in modo & figura præmissæ duæ conuenienter velut in acie disponuntur, conclusio à præmissis alia, necessaria consecutione sequitur, propter ipsas p̄missas in modo & figura cōueniēter dispositas.

Aduerte, illud, quibusdam positis, in definitione excludere Enthymemata & Conuersiones, in quibus vnica sumitur propositio: Item Inductiones, & Exempla. Postremò & Syllogismos in modis inutilibus constitutos.

Nam in his nullæ sunt præmissæ dicto modo dispositæ, quod facilè ex sequentibus intelligetur.

DIVISIO
Syllogismi iam definiti.

Post hæc Philosophus reddens definitiones syllogismi perfecti & imperfecti, subindicat hanc diuisionem.

Syllogismorum { *Alius perfectus* / *Alius imperfectus.* }

Syllogismus imperfectus, verus est hoc loco syllogismus, sub dicta definitione contentus, in hoc dùntaxat à perfecto syllogismo discrepans, quòd hic euidens sit, ille verò ineuidens: sed eorum definitiones paucis aperiamus.

FINITIO

FINITIO
perfecti syllogismi.

* *Syllogismus perfectus est, qui nullius alterius indiget, præter ea quæ sumpta sunt, vt appareat necessarium.*

FINITIO
imperfecti.

* *Syllogismus imperfectus est, qui vnius aut plurium indiget, quæ sunt quidem necessaria per sumptos terminos, non autem per sumptas propositiones.*

Pro quarum intellectu, reuocanda sunt ad memoriam quatuor principiorum genera, quę capite primo, tabula expressimus

SVNT enim quædam materialia, vt termini & propositiones, ex quibus syllogismus componitur: Alia formalia, vt modus & figura: Alia regulatiua, quę sumũtur ex descriptionibus, dici de omni, & dici de nullo: Et sunt quartò quædam principia perfectiua, vt conuersio in terminis, conuersio in oppositam qualitatem, & præmissarum transpositio.

Tribus igitur prioribus generibus principiorum nullus syllogismus indigere aut carere potest, q͞a aliôqui non erit syllogismus, nec formalis consequentia.

Sed quartum genus principiorum ijs syllogismis est necessarium, qui ex se euidentes non sunt, quia non directè fiunt secũdum præscriptum principij dici de

omni

omni vel dici de nullo, ſed indigent vlteriori probatione, vt ad alterum horum reducantur, quę probatio fit per dicta principia perfectiua.

Eſt igitur harum definitionum ſenſus, Syllogiſmus perfectus ſeu per ſe euidens, eſt, qui nullius alterius prĩcipij ſyllogiſtici indiget, pręter ea, quę in ipſo ſunt, vt ſtatim cuiuis ſanæ mentis appareat neceſſaria, & euidens conſequentia. Sed ſufficiunt tria principiorum genera, quæ in quouis ſyllogiſmo reperiuntur.

Syllogiſmus verò imperfectus eſt, qui indiget vnius principij tantum, aut plurium, præter ea quæ ſumpta ſunt, vt appareat neceſſaria & euidens conſequentia, quæ quidem principia nullam inducunt terminorum mutationem, nam manent ijdem termini, ſed propoſitionum tantum, ſiquidem conuerſio nouam introducit propoſitionem, manentibus iſdẽ terminis.

Iam ſi roges, qui ſyllogiſmi imperfecti vnius indigent, qui verò plurium? Reſpondebitur, eos, qui per ſolam reducuntur conuerſionem, ſiue in terminis, ſiue in oppoſitam qualitatem, vnius indigere. Plurium verò, quæ reducuntur ſimul per conuerſionem, & præmiſſarum tranſpoſitionem. Prioris partis exempla ſunt ſyllogiſmi omnes imperfecti, facti in modis non habentibus literam M.

Poſterioris verò partis exempla ſunt ſyllogiſmi facti in Fapeſmo Friſeſomorum, Cameſtres & Diſamis, qui dum oſtenſiuè reducuntur, & tranſpoſitione egent & conúerſione.

DE PRINCIPIIS Regulatiuis Syllogiſmorum.

Poſt hæc Philoſophus indicaturus quæ ſint principia regulatiua ſyllogiſmorum, dictis addit.

** Dicimus autem de omni prædicari, quãdo nihil eſt ſumere ſubiecti, de quo*

 non dica-

non dicatur prædicatum.

Definitum prædicari de omni, accipitur pro prædicato propositionis vniuersalis affirmatiuæ, constantis ex subiecto completè distributo. Hoc autem quod ponitur loco descriptionis (quando nihil est sumere subiecti, &c.) ita explicant, quando non contingit sumere aliquid, cui subiectum distributum conuenit, de quo non denotetur verè & affirmatiuè posse dici prædicatum.

Ex qua explicatione, aduertenti patet, quid sit dicendum de singulis contentis in ipsa descriptione.

Et quàmuis verbotenus negatiuè assignata sit hęc descriptio, est tamē affirmatiuè accipenda in hanc sententiam. Prædicari de omni est, esse prædicatum alicuius propositionis, quod denotatur posse dici de quolibet contento sub subiecto. Verbum (dicitur) accipiendum est pro denotari dici.

Primò ad excludēdum prædicata harum propositionū, homo est animal, equus est hinnibilis, in quibus prædicata possunt & apta sunt dici de quibuslibet quę sub subiectis comprehenduntur. Sed non denotantur ibi hæc prędicata posse dici de talibus.

Secundò propter prædicata harum, omnis homo est equus, omnis homo est albus, omne animal est rationale. Nam licet prædicata harum non verè possint dici de quibuslibet cōtentis sub subiectis, de ijsdē tamen denotantur verè posse dici, quod est satis ad præsentem locum.

Est igitur (vt breuiter alijs verbis dicamus) prædicari de omni, esse prædicatū propositionis vniuersalis affirmatiuę, cuius subiectum completè distribuitur.

QVID prædicari de nullo?

Prædicari de nullo est, quando nihil

est sumere

est sumere subiecti, à quo non remoueatur prædicatum.

Hóc est, prædicari de nullo est, esse prædicatũ propositionis alicuꝰ, quod denotatur remoueri seu negari de quolibet contento sub subiecto, quod nihil aliud est, quàm prædicatum propositionis vniuersalis negatiuæ, constantis ex subiecto plenè distributo.

Ex dictis descriptionibus prædicari de omni, & prædicari de nullo, colliguntur hæ duæ maximæ.

Quicquid prædicatur de subiecto complete distributo, prædicatur & de quolibet subsumpto sub illo.

Quicquid remouetur à subiecto cōpletè distributo, remouetur & à quolibet subsumpto sub eo.

Quidam has ita reddunt.

Quicquid dicitur de aliquo vniuersaliter & affirmatiuè dicitur de quolibet sub ipso subsumpto.

Quicquid remouetur ab aliquo vniuersaliter, & negatiuè, remouetur à quolibet sub ipso subsumpto.

VSVS

harum regularum.

His maximis regulantur syllogismi oēs constituendi ex medio cōmuni, affirmatiui per priorē, negatiui per posteriorē. Regulari autē per maximā, est habere talē dispositionē, qualem ipsa indicat. Vndè constat propriè & immediatè his regulis dispositionem syllogismorum perfectorum contineri: imperfectorum verò mediatè duntaxat. Próinde rectè vocantur illa præcepta, regulatiua principia: ostendunt enim

quomodò disponi syllogismi iudicio communis sensus debeant. Nec opus est procul quærere harum regularum interpretationem, siquis sensum communem consuluerit, statim intelliget eas.

DE SYLLOGISMO Expositorio.

Quemadmodùm Syllogismorum de medio communi, alium iam diximus perfectum, aliũ imperfectum: ita & de ijs, qui medium habent singulare est iudicandum. Sed aliter adsignanda sunt principia horum regulatiua, aliter illorũ: quod vt melius intelligatur, syllogismi expositorij naturam latius explicabimus.

Syllogismus expositorius est, qui cõstat ex medio singulari.

Fit autem in omni figura, commodissimè tamen in tertia, eo quòd medium ibi semper subijciatur, in vtraque videlicet præmissa.

Termino autem singulari potiùs competit subijci quàm prædicari.

In nullo modo primæ figuræ nominato fit syllogismus expositorius, nisi dicas in modo imperfecto Frisesomorum.

Item in nullo modo nominato tertiæ figuræ fit syllogismus expositorius.

In omnibus verò modis secundæ figuræ rectè fit talis syllogismus. exempla sunt.

Ce Nullum elementum est hic sol,
sa et Omnis sol est hic sol, ergo
re Nullus sol est elementum

et

Fe Nullus leo est Bucephalus
sti Quidã equus Alexandri regis est Bucephalus, ergo
no Quidam equus Alexandri non est leo.

Similiter fiet expositorius in Camestres & Baroco.

Verùm

Verùm syllogismi expositorij, qui in his modis fiũt. ab alijs constantibus ex medio communi, factisque in eisdẽ modis in hoc discrepant, quòd illi nequeant perfici ostensiuè, quemadmodùm hi, eò quòd propositio simpliciter conuertenda vniuersalis videlicet negatiua, huiusmodi conuersionem non admittat, quando prædicatum est terminus singularis. Reliqui omnes modi, in quibus rectè fiunt syllogismi expositorij, nominibus carent.

Syllogismus expositorius diuidẽdus &, in perfectum & in imperfectum.

Porrò qui sunt perfecti, & qui imperfecti, non satis constat. Illud nihilominus certum est, omnes syllogismos expositorios indirectè concludentes esse imperfectos, eosque perficiendos per alios qui concludunt directè.

De concludentibus autem directè, aliorum peritorum in hac re iudiciũ potiùs audire cupimus, quàm nostram sententiam proferre Plerisque tamen placet syllogismos expositorios tertiæ figuræ directè concludentes esse perfectos, omnes vero aliarum figurarum esse imperfectos, perficiendos reductione ostensiua per syllogismos tertiæ figuræ. Eos videlicet, qui sunt primæ, per conuersionẽ maioris, & eos qui sunt secundæ figure per cõuersionẽ vtriusque præmissæ. Quibusdam aliter videtur.

Huius dubitationis solutio pendet ex principijs regulatiuis syllogismorum expositoriorum, quæ sunt duo, quemadmodùm duo priùs adsignata sunt syllogismis constantibus ex medio communi.

Vnum est principium regulatiuum syllogismorum expositoriorum adfirmatiuorum:

Quæcunque sunt eadem vni tertio singulari, inter se sunt eadem.

Alterum est accommodandum syllogismis expositorijs negatiuis, hoc videlicet:

Quæcunque sic se habent, vt vnum eorum idem sit cum alio, cum quo reliquum est diuersum, illa inter se sunt diuersa.

Si syllogismi expositorij immediatè regulentur his maximis, dicendi erūt perfecti: Sin verò quidam mediatè dūntaxat regulentur eisdem, vt fortè in prima & secunda figura, illi erunt imperfecti Nobis satis fuerit hæc indicasse, vt alijs ansam præbeamus de hac re diligentiùs inquirendi atque discutiendi.

VSVS
Syllogismi Expositorij.

Magna laus est syllogismi expositorij, & vsus eius frequenter esse in subtili disputatione potest.

Confert syllogismus expositorius, quem Aristoteles ἔκθεσιν vocat, siquando ex singularibus propositionibus colligenda est aliqua communis. Nam versatur circa singularia, in quib⁹ sensus ipse dominatur, à quo sunt semina omnis nostræ scientię, vt cùm sensus percipiunt aliquid inesse subiecto singulari, posteà mens hunc syllogismum expositorium componit: vt.

Iste liberatus est à febribus,
Iste vsus est aduersus febres Glycyrrhiza, ergo
Vtens Glycyrrhiza liberatur à febribus.

Nominatur autem ἔκθεσις, Latinè expositio, ἀπὸ τοῦ ἐκθέσθαι, ab exponendo, quia propositio communis, quæ fit conclusio, per singulares exponitur & declaratur: & expositorius syllogismus nihil est, nisi quędam communium propositionum explicatio, neque enim mutat conclusionem, sed præmissas reddit per singulares propositiones tāquàm per exempla magis perspicuas. Quare speciatim eo vtitur Aristoteles pro instrumento, quo syllogismi imperfecti tertiæ figuræ demonstrantur.

Vbi enim primū modū tertiæ figuræ per reductionē ad primam demonstrauit, subiungit: ἔστι δὲ καὶ διὰ

τῦ

τοῦ ἀδυνάτου, καὶ τοῦ ἐκθέσθαι ποιεῖν τὴν ἀπόδειξιν. Ad eundem modũ quum Datisi ad primã figuram reduxit, ſubdit: ἔστι δ᾽ ἀποδεῖξαι καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, καὶ τῷ ἐκθέσει καθάπερ ἐπὶ τῶν προτέρων.

Expoſitio igitur eſt, quando ſumitur aliquid, quod eſt in medio imperfecti alicuius ſyllogiſmi, eiq́ꝫ tributo vtroqꝫ, vel adempto altero extremorũ, ad priſtinã concluſionem reditur. Vt exempli cauſſa:

Omnis homo habet aures immotas
Omnis homo eſt animal, ergo
Aliquod animal habet aures immotas.

Concluſionem huius ſyllogiſmi imperitus non ſatis intelligit ſequi ad præmiſſas, quandoquidem in imperfectis figuris, vt eſt tertia, & ſecunda, cõcludere nõ niſi ſcientis eſt. Quamobrem poſſum eam per expoſitionem demonſtrare, ita vt intelligat aduerſarius non malè ſequutam, ſi nimirum ſumam aliquid, quod ſub medio eſt, tãquàm pro exemplo, & tribuam ei vtrũqꝫ extremum hunc in modum:

Socrates aures habet immotas,
Socrates eſt animal.

Poſteaquã ita dixerim cõtinuò me quoqꝫ tacẽte intelligit verã eſſe priorẽ concluſionẽ, qua aliquod animal aures immotas habere aiebam.

Vides igitur ex his, huius ſyllogiſmi vſum ad propoſitiones iã antè ꝓbatas, nondũ aut ſatis perſpectas aut intellectas à rudibus, explicãdas, & quaſi exẽplo aliquo noto declarãdas. Idq́ꝫ ſępe fit in coĩ ſermõe, & in diſertorũ ſcriptis, vt apud Cicer. cùm docet principes Rerũpublicarũ nõ debere pręcipites eſſe, & cõtationẽ ꝓdeſſe in magnis rebus gerẽdis: qui ſic argumẽtatur, cõmunẽ ſentẽtiã exponẽs per ſingulares ꝓpoſitiones:

Fabius Maximus ſeruauit vrbem Romam,
Fabius Maximus fuit contator, ergo
Contatio ſeruat Reſpublicas.

Poſſent infinita huiuſmodi exempla referri.

Nam incurrunt tales argumentationes in quotidianum ſermonem, etiam ignorantibus. Eſt enim prima hæc via argumentandi, quam natura ipſa nos docet, ſed ars eſt obſeruare in ſermone, an membra ritè coniuncta ſint: ideoque ſit eius in Dialectica mentio, vt certam quandam diſpoſitionem teneamus, in qua facilè membra conſpici & iudicari poſſint.

Ex primo priorum.

CAPVT III.

De Conuerſione.

DEinceps Philoſophus agit de principio reductiuo ſyllogiſmorum imperfectorum, quod eſt Conuerſio: tranpoſitione præmiſſarum, quæ & ipſa principium tale eſt, omiſſa, propter nimiam eius facilitatem.

Conuerſionem multiplicem eſſe conſtat, quod hæ tabulæ explicant.

CONVERSIO

- *Rerum*, qua vnum corpus mutatur in aliud. Vt, aqua in vinum, & vinum in acetum.
- *Terminorum*, quod vulgo conuertibilitatem vocant. Sic, homo & riſibile conuertuntur, & quæcunque alia de ſeinuicē vniuerſaliter, & verè adfirmantur.
- *Propoſitionum*, & hæc ſola propoſito ſeruit, non aliæ duæ.

Rurſus.

R r R S r S.

PROPOSITIONVM CONVERSIO

- *In oppositam qualitatem* & hæc est duplex
  - Altera est, Cui⁹ cōuertēs & cōuersa nō discrepant in veritate & falsitate, de qua postmodū docetur in cap. de Contingenti.
  - Altera est, Cuius cōuertēs & cōuersa pugnant in veritate vel falsitate: Et de hac dicturi sumus, vbi de Syllogismo per impossibile tractabitur.
- *In terminis*
  - *Variatis secundū finitū et infinitum*, & vocatur cōuersio p Cōtrapositionē, q̄ nō seruit reducēdis ɨperfectis syllogīs.
  - *Penitus ijsdē*, de qua sola hoc capite Aristoteles agit Et diuiditur in
    - Simplicē seu per se
    - &
    - Per accidens.

Multiplex adeò licèt conuersio sit, agendum est tamen de ea dúntaxat conuersione, quæ propositionum est, quæque fit in terminis penitus ijsdem, nulla negatione infinitante, aut addita aut reiecta, quam licebit ita describere.

Conuersio propositionum, est mutatio subiecti eiusdem prorsus, in prædicatū, & prædicati in subiectum, manente eadem qualitate propositionum.

Quæ qui-

Quæ quidem finitio colligitur ex Boëtio in libro de categoricis syllogismis. Vt, nullus piscis est plāta, ergo nulla planta est piscis.

Hanc fecimus duplicem.

Alia est { Conuersio simplex ἀντιστροφὴ ἁπλῆ. / Cōuersio per accidēs κατὰ συμβεβηκός.

De Conuersione simplici.

Conuersio simplex est, in qua seruatur eadē qualitas, et quātitas propositionū.

Hac conuertuntur Vniuersalis negatiua & particularis adfirmatiua, vt, nullus homo est quadrupes, ergo nullum quadrupes est homo. Quidam homo est philosophus, ergo quidam philosophus est homo.

DE CONVERSIONE per accidens.

Conuersio per accidens est, in qua manet eadem qualitas, sed mutatur quantitas propositionum.

Hac conuersione conuertitur vniuersalis adfirmatiua in particularem adfirmatiuam: vt,

Omnis sitis est appetitus humidi,
Ergo quidam appetitus humidi est sitis.

Similiter & vniuersalis negatiua in particularē negatiuam: vt,

Nulla sitis est appetitus sicci, ergo
Aliquis appetitus sicci non est sitis.

RATIO NOMINVM.

Porrò illa conuersio videtur vocari simplex, quia fit tantùm ratione transpositionis terminorum, nullo alio concurrente.

Conuersio autem per accidens dicitur, quia non fit in ipsa tantùm mutatio extremorū, sed etiam variatio quantitatis: quæ quidem quātitas videtur esse quodam pro-

dam propositionis accidens.

Conuertuntur igitur simplici conuersione vniuersalis negatiua, & particularis adfirmatiũa: & conuersione per accidens, vniuersalis adfirmatiua & negatiua, & hæ solæ, iuxta sententiam Aristotelis.

CONDITIONES
in Conuersionibus obseruandæ.

Cæterũ, vt cognoscatur cõuersio esse legitimè & rectè facta, à neotericis solẽt adnotari plurimæ cõditiones obseruãdæ, inter quas quædã sunt planè pueriles, vt illę quę admonẽt de resolutione verbi, & alijs id genus.

Aliæ verò cõmunes sunt omni argumẽtationi: putà, vt euitetur æquiuocatio, vt non procedatur à nõ distributo ad distributum, & similia. Nos vnam tantùm conditionẽ obseruandã subijciemus, illis tanq̃ manifestis in medio relictis, quæ est hæc:

Vt totum subiectum mutetur in totum prædicatum.

Ob defectũ huius nõ concludit hęc cauillatio. Mus rodit panem, ergo panis rodit murem.

Aristoteles in suo contextu tradit, quatuor conuersionum iam à nobis declaratarum Canones:

1 „ *Vniuersalis qdẽ negatiua de inesse,*
„ *vniuersaliter ĩ terminis cõuertitur.*
„ vt, si nulla voluptas ẽ bonũ, nullũ bonũ ẽ voluptas.

2 „ *Affirmatiua autẽ vniuersalis, con*
„ *uertitur quidẽ nõ vniuersaliter, sed*
„ *in particularem.* Vt, si omnis voluptas est
„ bonum, & quoddam bonum est voluptas.

3 „ *Particularis autẽ affirmatiua, in*
„ *particularẽ affirmatiuã cõuertitur.*

„ Nam

,, Nam, si quædam voluptas est bonū, quoddam bo-
,, num est voluptas.

4 ,, *Particularis verò negatiua nō conuertitur.*

,, Non enim sequitur: aliquod animal non est homo,
,, ergo aliquis homo non est animal.

Hactenus Aristoteles, cuius verba tantùm de conuersione simplici & per accidens iam tractatis indubiè sunt accipienda, vt hinc intelligas, nullum hîc locum habere cōuersionē, quam Græcè κατ' ἀντίθεσιν, Latinè vulgò per contrapositionem dicunt.

Attamen non fuerit inutile de ea quoq; hîc nonnulla subiunxisse.

Est igitur Conuersio per contrapositionem, conuersio in terminis, quæ fit in propositionibus eiusdem qualitatis, cōmutatis terminis finitis in infinitos, et ediuersò, terminis infinitis in finitos.

Qui sint termini finiti, & qui infiniti, manifestū est ex lib. Περὶ ἑρμ.

Hac conuersione vniuersalis adfirmatiua conuertitur in vniuersalem adfirmatiuam, vt, omnis homo est animal, ergo omne non animal, est nō homo. Hoc est vt alij dicunt apertiùs: ergo quicquid non est animal, non est homo: & item in particularem adfirmatiuam. Sequitur enim: Omnis homo est animal, ergo aliquod non animal est non homo.

Illius ratio in promptu est: Nam quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens.

Particularis autem negatiua in particularem negatiuam con

uam conuertitur, vt, quidam homo non est lapis, ergo quidam non lapis non est non homo. hoc est apertius, ergo aliquid quod non est lapis non est non homo. Sed de his hactenus.

Quo autem pacto vnumquodque propositionis genus sit cõuertibile, explicatur breuissimè. hoc ad memoriã iuuandã excogitato ab antiquitate versiculo:

Ecce tibi simp, armigeros Ac, arma bono Con.

In quo vocalis A, vniuersalẽ adfirmatiuã repręsentat

E verò, vniuersalem negatiuam.

I, particularem adfirmatiuam, &

O, particularem negatiuam.

VSVS
Conuersionis.

Imperitis, qui nondum considerarunt multa exempla in materijs grauioribus, videtur ludus esse ridiculus & penè inutilis, ita retexere propositiones. & vocũ ordinem permutare. Et insulsitate exemplorum. & cauillationibus obscurata est hæc doctrina. Explosis igitur cauillationibus fontes & vtilitatẽ consideremus.

Vtilitas est hæc: posita aliqua propositione, videre quæ indè sequantur: & vt ex grauioribus materijs demus exempla.

In physicis, sequitur per conuersionem simplicem: Nulla stella consumitur, ergo nulla flamma, quam videmus consumi, est stella.

In Euangelio quoque per contrapositionem sic argumentatur Christus, Ioan. 8. Qui ex deo est, verba dei audit, vos igitur cùm non audiatis, ex deo non estis.

Præterea conspicitur hinc & signorum natura. Maior vis est particulæ nullus quàm omnis. Nam in vniuersali negatiua ita spargitur vis negationis in totam propositionem, vt in permutatione signum idem retineatur, conuertendo simpliciter, quod non fieri in vniuersali adfirmatiua, constat.

Recita

Recitat autem Aristoteles hoc loco doctrinam conuersionum,& propter hunc vsum, vt posteà duas figuras syllogismorum secundam & teriam confirmet, & illustret harum propositionum (cõuertentis inquam & conuersæ)certa consecutione.

Est enim conuersio instrumentum, per quod imperfecti & non satis euidentes syllogismi perficiuntur. Próinde ingenui & studiosi adolescentes iterum atque iterum,ea quæ de ratione conuertendarum propositionum dicta sunt,relegere,in ijsque se sedulò exercere debent, vt vbi ad eam tractationem, quæ est de reducendis syllogismis fuerit peruentum, totam hanc rationem habeant in promptu, sintque ad conuertendam quamlibet oblatam propositionem expediti. Nam ita futurum est,vt quod aliòqui satis difficile videtur, etiam citra laborem omnem atque molestiam percipiant.

Ex primo priorum

CAPVT IIII.

De Prima Figura.

PHilosophus in sequentibus agit de principijs formalibus syllogismorum, quæ sunt duo,Figura & Modus.

Figura est triũ terminorũ certus ordo secundũ subiectionẽ & prædicationem.

Quæ quidem finitio,etsi non expressè ab Aristotele traditur,ex ipso tamẽ necessariò deducitur, siue ea cõsideremus,quę in figura prima tradit,siue quę in alijs.

Hos autem

Hos autem tres terminos sic distinguere solemus, vt alter dicatur Maior extremitas, alter Minor extremitas, tertius verò Medium.

Maior extremitas est terminus, qui cum medio ponitur in maiori propositione.

Minor extremitas est terminus, qui cum medio ponitur in minori propositione.

Medius est qui bis ponitur ante conclusionem.

Tres sunt Figuræ { *Prima*, *Secunda*, *Tertia.* }

Prima Figura est, in qua medium semel subijcitur, & semel prædicatur.

Secunda Figura est, in qua medium bis prædicatur.

Tertia Figura est, in qua medium bis subijcitur.

Modus est dispositio duarũ propositionũ præmissarũ secundũ qualitatem & quantitatem: vt Barbara.

Duarum propositionum, quæ syllogismum conficiunt, altera maior altera minor vocatur. Quæ propositiones ambę vulgo dicuntnr præmissæ: Aristoteli verò προτάσεις.

Maior propositio, est præmissa in qua præcipuum robur syllogismi continetur.

Minor autem propositio est, quæ minus roboris habet ad illationem. Veruntamen in sequentibus ad vitandam confusionem, plerunque Maiorem vocamus priorem præmissam: Minorem eam, quæ est posterior.

Modi singularũ figurarũ { Vtiles, Græcè συλλογιστικοί / Inutiles, ἀσυλλόγιστοι

Si inutiles cum vtilibus numeremus, sedecim in singulis figuris erunt modi, exclusis expositorijs. particulari & indefinita propositionibus, vt vult Aristoteles, pro vna & eadem, reputatis. Qui resultant ex quatuor propositionum generibus aliter & aliter se habentibus, videlicet vniuersali affirmatiua, vniuersali negatiua, particulari affirmatiua, particulari negatiua. Qui modi aptissimè designantur literis quatuor, propositionum dicta quatuor genera significantibus,

	A	E	I	O
Nam si singulas	a a	e a	i a	o a
singulis præpo-	a e	e e	i e	o e
nas, efficiétur di-	a i	e i	i i	o i
cti sedecĩ modi,	a o	e o	i o	o o
hoc pacto.				

Post hæc quæ dicta sunt de principijs formalibus, solent præmittere secundo loco quasdam regulas, pertinentes ad omnes figuras. Inter quas hæc est.

PRIMA.

Ex puris particularibus non sequitur syllogisticè conclusio.

vt, non sequitur
Animal est quadrupes
& Aliquis homo est animal, ergo
Aliquis homo est quadrupes.

Non enim

Non enim oportet propter vnionem aliquorum in eodem tertio particulariter, ea coniungi inuicem in conclusione.

Neotericorũ ab hac regula exceptiões.

Verùm hæc regula secundum neotericos patitur instantias, quando medium est terminus singularis, &c.

SECVNDA.

Ex puris negatiuis nihil sequitur.

Non enim oportet aliqua à se inuicem separari, si ipsa separentur ab eodem tertio, vt non sequitur:

Nullus equus est rationalis,
Nullus homo est equus, ergo
Nullus homo est rationalis.

TERTIA.

Si aliqua præmissarum fuerit particularis, conclusio etiã particularis erit.

Effectus enim dicitur sequi debiliorem suæ caussæ partem. particularis autem debilior est vniuersali

Hæc quoque regula à neotericis patitur instantias, quando minor in prima figura est vniuersalis negatiua, & concluditur conclusio de modo loquendi incõsueto, &c. Vt:

Quidam homo est animal,
Nullus equus est homo; ergo
Omnis equus aliquod animal non est.

Sed missa huiusmodi faciamus: id addentes, veteres abstinuisse propositionibus, quas nostri de inconsueto modo loquendi vocant, aut eas pro cõsuetis vsurpasse. quod & hodie eruditi omnes faciunt, nihil constituentes discriminis inter has: lapis non est animal lapis animal non est.

QVARTA.

Si altera præmissarum fuerit negatiua, oportet conclusionē esse negatiuam.

Est enim negatiua debilior sua affirmatiua.

QVINTA.

Medium nunquàm ingredi potest conclusionem.

In omni enim syllogismo quilibet triū terminorum debit bis sumi,& bis duntaxat.

Possunt prędictis adijci alię duæ regulæ,satis notatū dignæ.

Quarum prior est hæc.

In omni syllogismo de medio communi, oportet mediū saltē in altera præmissarū poni vniuersaliter. *Posterior hæc.*

In omni syllogismo cauendū est,ne procedatur à nō distributo ad distributū.

In quibus duabus regulis fundātur duę regulę suprapositæ,nempe prima & tertia. Nam dū ex puris particularibus proceditur , accidit medium in neutra prę missarum distribui, Et cùm est conclusio vniuersalis, pręmissarum altera existēte particulari,à non distributo ad distributum proceditur.

Pleræque etiā regulæ speciales in singulis figuris recitādæ,in altera harum regularum fundantur.

PRIMAE FIGVRAE.

Speciales regulæ.

Duæ colliguntur , ex Aristotele speciales, & primæ figuræ peculiares regulæ.

Prior.

PRIOR

Cùm minor propoſitio fuerit negatiua in pr̄ia figura, nulla ſequitur concluſio ſyllogiſticè.

Aliòquin enim à maiore extremitate in antecedēte nō diſtributa ad diſtributā in concluſione procederetur, quod neutiquā permiſſum eſt, quo quidē vitio euitato licebit ad dictū modū in hac figura nōnunquàm ſyllogizare, vt ſi cōcludatur indirectè, quod fit in Fapeſmo & Friſeſomorum.

POSTERIOR

Maiore exiſtente particulari in prima figura nihil ſequitur.

Aliòqui enim mediū in neutra pręmiſſarū diſtribueretur, quum oporteat minorem eſſe affirmatiuam ſecundum regulam priorem. Hanc etiā limitant recētiores, niſi cōcludatur indirectè, vt in Friſeſomorū.

Ariſtoteles vt nūc tandē ad eius verba veniamus, nō adſignat cōuertibilē primę figuræ, ſicut nec aliarū deſcriptionē, ſed paulò poſt initiū deſcribit modos vniuerſales vtiles huius primæ figuræ vulgò vocatos Barbara & Celarent, apud Ariſtotelē γράμματα, ἐγράφει: his verbis:

* *Quādo tres termini ſic ſe habent ad inuicē, vt poſtremus in toto ſit medio, et medi9 in toto pr̄io, vel ſit vel nō ſit, neceſſe eſt extremitatū eſſe pfectū ſyllogiſmū.*

Quorum hæc eſt ſententia.

Cū tres termini ſic ad inuicē in pręmiſſis fuerint diſpoſiti, vt minor extremitas vniuerſaliter & affirmatiuè ſubijciatur medio, & medius vniuerſaliter ſiue affirmatiuè ſiue negatiuè, maiori extremitati tum neceſſe eſt ſyllogiſmum concludentem extremitates directè de ſe inuicem, eſſe perfectum.

Quid directe concludere.

DIRECTE concludere, eſt maiorem extremitatem de minore prædicari.

INDIRECTE verò, minorem de maiori.

Rectus ſiquidem ordo poſtulat, vt maior terminus prædicetur, & ſubijciatur minor.

De medio primæ figuræ.

Mox definit medium huius figuræ Ariſtoteles.

* *Mediū eſt, quod in alio eſt, & aliud in ipſo.*

ESSE IN ALIO, eſt ſubijci alteri.

Et aſſignata eſt iſta definitio omni medio ſyllogiſmi affirmatiui primæ figuræ tā modi inutilis, quàm vtilis, niſi aliter particulas definitionis exponas, q̄ ſoleāt.

Eſt ergo ſenſus.

Medium primæ figuræ eſt medium (id eſt, terminus bis ſumptus ante concluſioné,) quod alicui affirmatiuè ſubijcitur, & cui alterum aliquod vocabulum ſic eſt ſubiectum.

Quòd verò adiungitur (quòd & medium poſitione eſt) accipi ſolet, tanquàm ſecunda deſcriptio.

Medium primæ figuræ, ob id dicitur poſitione medium, quòd ſemel ſubijciatur & ſemel prædicetur. Id enim primum locum in proponēdis terminis ſibi vendicare debet, quod frequentiſſimè prædicatur. Id verò vltimum, quod ſępiſſimè ſubiectum eſt, & id mediū, quod partim prædicatum fuerit, partim ſubiectum.

Quo

Quo patet, in prima figura maiorem extremitatem primo loco esse proponendam, quia tam in maiore quam in conclusione prædicatur. Minorem verò vltimo, quia semper subijcitur: Medium autem secundas partes obtinere, quòd vtrasque & prædicandi & subijciendi partes æqualiter sortitum sit.

EXTREMITATVM
primæ figuræ descriptio.

* *Extrema huius figuræ sunt, quorum alterum est in alio, & alterum in quo aliud est.*

Quæ satis manifesta est, si meminerimus quidnã hîc sit esse in, & quòd ablatiuus alio, & nominatiuus aliud, pro eodem sunt accipiendi, scilicet medio. Continetúrq; sub priori parte minor extremitas, & sub posteriore maior, id quod etiam declarant subsequentes definitiones:

* *Maior extremitas est, in qua mediũ est vel non est.*

* *Minor verò, quæ sub medio est.*

MODORVM
particularium primæ figuræ descriptio.

Posteà verò describuntur duo particulares modi huius figuræ directè concludentes, qui dicuntur Darij & Ferio, his verbis:

* *Si primùm medio competat vniuersa-*

 liter, aut

liter aut vniuersaliter nō competat, & medium postremo particulariter, necesse est syllogismum esse perfectum.

Quod intellige modo directè concludatur.

Superiùs dictū est, in omni figura, sex & decem esse modos, partī vtiles, partī inutiles, accipiēdo modum tantū pro dispositione pr̨emissarū in certa qualitate, & quantitate. Et iam didicimus, quatuor inueniri vtiles in hac figura, duos quidem vniuersales, & duos particulares.

¶ *Exempla modorum perfectorum primæ figuræ.*

Γϱάμ Bar		Omne vitium est execrandum, &
μα	ba	Omnis auaritia est vitium, ergo
τα.	ra	Omnis auaritia est execranda.
Ε	Ce	Nullum corpus est indiuisibile,
γϱα	la	Omnis atomus est corpus, ergo
φε.	rent	Nullus atomus indiuisibilis est.
Γϱα	Da	Omnis homicida est dignus morte,
φί	ri	Milo autem homicida est, ergo
δι.	j	Milo est morte dignus.
Τεχ	Fe	Nullum violentum est perpetuum,
νι	ri	Sed piectio lapidis sursum est violēta, ergo
κός.	o	Non est perpetua.

His modis perfectis, addunt quinq; imperfectos neoterici partim ex Aristotelis, partim ex Boëtij doctrina. Duos enim vt Fapesmo & Frisesomorum ex ipso habent Aristotele docente postea, In omni figu-
„ ra ex affirmatiua vniuersali vel particulari maiori,

minori

„ minori autem vniuersali negatiua syllogisticè sequi
„ conclusionem indirectam minoris extremitatis de
„ maiori.

Reliquos tres modos ex Boëtij libro de categoricis syllogismis sumpserunt.

Ba Omne animal est corpus,
ra Omnis homo est animal, ergo
lip Aliquod corpus est homo.

Ce Nullum animal est lapis,
lan Omnis homo est animal,
tes Nullus igitur lapis est homo.

Da Omnis virtus est habitus bonus,
bi Aliqua taciturnitas est virtus, ergo
tis Aliquis habitus bonus est taciturnitas.

Fap Omnis cupiditas est mala,
es Nulla virtus est cupiditas, ergo
mo Aliquod malum non est virtus.

Fris Aliqua taciturnitas est digna laude,
es Nulla modestia est taciturnitas, ergo
om. Aliquod dignum laude non est modestia.

Sed cùm tam molliter non concludant hij, 5. modi atque præcedentes quatuor solent ab eruditis minùs commendari & in communi sermone vt inutiles haberi: Aliorum autem primæ figuræ modorum, quos perfectos diximus, vsus est longè omnium maximus & frequentissimus.

Exemplis autem ideo vtimur simplicioribus, quia facile est in huiusmodi videre medij dispositionem. Et imperiti in his vocibus animaduertere possunt, quomodo vulgaria vocabula gignant conclusionem.

Sed tamen exercendi sunt adolescentes syllogismis sumptis à rebus communibus ac ciuilibus, quia ibi artis vsum magis sunt conspecturi.

Ex Primo Priorum

CAPVT. V.

De secunda Figura.

SEcundam figuram ita nobis quodammodò descripsit Philosophus:

* *Quando idem, alteri quidẽ omni, alteri verò nulli inest, vel vtriq; omni vel nulli, figurã huiusmodi voco secundã.*

Per idem intellige medium. Per alterum verò, vtrobique maiorem vel minorem extremitatem.

Inesse omni est vniuersaliter prædicari de aliquo.

Inesse nulli est negari vniuersaliter.

Est autem data descriptio solorum modorum vniuersalium huius figuræ, tam inutilium quàm vtilium.

Sub prima quidem particula, continentur duo vtiles, qui dicuntur Cesare & Camestres.

Sub reliquis autem duabus, inutiles.

Deinde sequuntur apud Aristotelem descriptiones terminorum huius figuræ.

* *Medium secundæ figuræ est, quod de vtroque extremo prædicatur.*

* *Extremitates autem sunt, de quibus medium dicitur.*

* *Maior extremitas est, quæ iuxta me-*

dium po-

dium posita est.

** Minor verò extremitas, quæ longiùs à medio sita est.*

Et vt duæ descriptiones postremæ faciliùs intelligātur, mox subiecit. quem ordinem in assignatione debita trium terminorum obtineat medium huius figuræ, videlicet primum, cùm bis prædicetur.

Quare maior extremitas quæ semel subijcitur & semel prædicatur, secundo: minor verò, quæ semper subiecta est, tertio loco statuetur, & ita longiùs à medio.

Hæc Aristotelis explicationi satis esse arbitramur, nunc paucula sunt addenda.

REGVLAE

speciales secundæ figuræ.

Tres assignari solēt regulę secūdæ figuræ peculiares.

PRIMA.

In secunda figura oportet maiorem propositionem esse vniuersalem.

Nam aliòqui à maiore extremitate nō distributa ad distributā procederetur. cùm necesse sit conclusionē esse negatiuam, vt non sequitur:

Aliquis homo est albus, &
Nullus Aethiops est albus, ergo
Aliquis Aethiops non est homo.

Instantia huius regulæ.

Patitur tamen nonnullas hęc regula exceptiones, vt quando concluditur indirectè, &c.

Secunda

SECVNDA.

Ex puris affirmatiuis non ſyllogizatur in ſecunda figura.

Quia medium in neutra præmiſſarū diſtribueretur. Non enim ſolet diſtribui prædicatū propoſitionis affirmatiuę, vt non ſequitur:

Omnis homo eſt animal, &
Omnis equus eſt animal, ergo
Omnis equus eſt homo.

Sequetur autem ſi medio in altera præmiſſarum addas ſignū vniuerſale affirmatiuum, vel pro medio capias terminum ſingularem.

TERTIA.

In ſecunda figura ſemper concluditur negatiuè.

Nam oportet alteram præmiſſarum negatiuam eſſe.

¶ *Exempla quatuor modorum vtilium ſecundæ figuræ.*

E	Ceſ	Nullus piſcis habet calidum ſanguinem,
γρα	a	Omnis auis calidum ſanguinē habet, ergo
ψε.	re	Nulla auis eſt piſcis.
Κά	Ca	Omne animal eſt ſenſitiuum, &
τε	meſ	Nulla ſpongia eſt ſenſitiua, ergo
χε.	tres	Nulla ſpongia eſt animal.
Μέ	Feſ	Nullus ſpiritus habet carnem & oſſa.
τρι	ti	Ego habeo carnem & oſſa, ergo
ον.	no	Ego non ſum ſpiritus.
Α	Ba	Omnis qui ex deo eſt verbum dei audit.
χο	ro	Hic non audit verbum dei, ergo
λον.	co	Hic non eſt ex deo.

Ex Primo Priorum

CAPVT. VI.

De tertia Figura.

EAndem rationē sequitur in determinatione tertiæ figuræ, in initio, sic inquiens:

* *Si eidem, hoc quidem omni, illud verò nulli inest, vel ambo omni, vel nulli, figuram huiusmodi voco tertiam.*

Quæ descriptio vniuersalibus modis huius figuræ vtilibus & inutilibus assignata, satis est ex præcedentibus manifesta.

* *Medium tertiæ figuræ est, de quo ambo prædicantur.*

* *Extremitates autem sunt, quæ prædicantur de medio.*

* *Maior extremitas est, quæ longiùs à medio sita est.*

* *Minor quæ propiùs.*

Nā mediū vltimo loco ponitur cū semp subijciatur. Maior extremitas quę bis prædicatur, primo: & minor, secundo, quæ in antecedente prædicatur, & subijcitur in conclusione. ¶ Post hæc, quum dictum sit quòd in hac figura nullus sit syllogismus perfectus,

perfectus, enumerat sex modos vtiles, duos quidem vniuersaliter sumptis terminis, qui sunt Darapti & Felapton, & quatuor nō vniuersaliter sumptis terminis, qui dicuntur Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. Quos omnes dempto quinto, cēset perficiēdos ostensiuè per conuersionē, ac omnes perfici posse per impossibile, & per expositionem, vt priùs de expositorio syllogismo tractantes declarauimus.

Duæ sunt in hac figura regulæ speciales obseruandæ.

PRIOR.

In tertia figura non oportet minorem esse negatiuam.

Nam sic à maiore extremitate in antecedente non distributa (esset enim prædicatum maioris affirmatiuæ) ad eandem in conclusione negatiua distributam procederetur.

Exempli gratia non sequitur:

Omnis elephas est quadrupes, &
Nullus elephas est camelus, ergo
Camelus non est quadrupes.

Proceditur enim à non distributo ad distributum, quod si vitetur, nihil officiet regula.

POSTERIOR.

In tertia figura semper cōcluditur particulariter.

Aliôqui à minori extremitate nō distributa, ad distributionem eius procederetur, cùm secundum priorem regulam oporteat minorem propositionem esse adfirmatiuam. Si vitetur defectus, nihil regula obtinet, sicut nec aliæ præcedentes vllæ.

Exempla

Exempla ſex modorum tertiæ figuræ ſunt huiuſmodi.

Α	Da	Omnis anas natat,
πα	rap	Omnis anas eſt volucris,ergo
σι.	ti	Quædam volucris natat.
σθε	Fe	Nulla ſcientia nobis eſt congenita,
να	lap	Omnis ſciētia eſt animi promptitudo, ergo
ρός.	ton	Nō oīs aī prōptitudo eſt nobis cōgenita.
Ι	Di	Quoddam bellū eſt neceſſariò ferendū, &
σά	ſa	Omne bellum eſt calamitoſum ergo
κις.	mis	Quoddā calamitoſū eſt neceſſario ferēdū.
Ασ	Da	Oīs hō poteſtatib. ſublimioribꝰ ſubiectꝰ ē,&
πί	ti	Quidam homo eſt Chriſtianus,ergo
δι.	ſi	Chriſtianꝰ ſubiectꝰ eſt poteſtatib. ſublimiorib.
Ο	Bo	Quædam caſtitas non eſt perpetua,
μα	car	Omnis tamen caſtitas eſt virtus,ergo
λός.	do	Quædam virtus non eſt perpetua.
φέ	Fe	Nullæ veteres leges ſunt è republica tollēdę,
ρι	ri	Pleræq; veteres leges habēt aliqd vitij, ergo
στος.	ſon	Quædam vitij aliquid habentia, non ſunt è repub.tollenda.

Hæc exempla ſi in aliam figuram redegeris mutata medij diſpoſitione, profectò naturalem ordinem terminorum inuertens, totum reddideris ſyllogiſmum obſcuriorem, dutioremq; propoſitionum ratione.

Summatim autem colligendo omnes modos nominatos hactenus poſitos, inuenimus numero eſſe decē & nouem Quatuor videlicet primæ figuræ perfectos, & quinque imperfectos, quatuor ſecundæ figuræ, & ſex tertiæ, quos vt meminiſſe iuniores poſſint, tanq̄

ſua no-

ſua nomina ediſcant hos pueriles verſiculos, à maioribus ingenioſè confictos.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio: Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum:
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco: Darapti,
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Apud Græcos recenſentur. 14. modi hoc pacto.

Prĩæ fig. Γράμματα, Εγραψε. Γραφίδι, Τεχνικός.
Scđæ fig Εγραψε, Κάτεχε, Μέτριον, Αχολον,
Tertię fi. Απασι, Σθέναρος, Ισάκις, Ασπίδι, Ομαλός, Φέρισος.

VSVS.

Vtilitas puerilis exercitij componendi ſyllogiſmos longè maxima eſt, formatur enim iudicium de multis communibus quæſtionibus, quarum cognitio vitę vtilis eſt. Déinde iudicium de præceptis Dialecticis acuitur, cùm noſtras connexiones ad ea conferimus. Déniq; hęc exercitatio non ſolùm vtilis eſt, ſed etiam ingenioſis, ludus eſt non inſuauis.

Ex Primo Priorum,

CAPVT. VII.

De regulis quibuſdam Syllogiſmorum.

ARiſtoteles ex ijs quæ dixit de ſyllogiſmis hactenus, colligit quaſdam regulas, quarũ prima eſt.

In omni figura ex ambabus particularibus, ſiue affirmatiuæ, ſiue negatiuæ fuerint, nulla ſequitur concluſio.

Quæ

Quæ nota est ex regulis generalibus syllogismorum priùs traditis.

SECVNDA.

In omni figura ex maiori vniuersali vel particulari adfirmatiua, & minori vniuersali negatiua, syllogisticè sequitur conclusio indirecta minoris extremitatis de maiori.

Hanc regulam in eum vsum adduxit, vt ostenderet non omnē absolutè combinationē præmissarū inutilem esse, quæ priùs dicta est inutilis.

Vsus igitur aliquis est modorū imperfectorū primæ figuræ Fapesmo & Frisesomorū, quū saltèm indirectè valeāt concludere. Similes modos vsurpant in secunda figura & tertia, in quibus similiter inferre licet conclusionem indirectam.

TERTIA.

In omni figura, indefinita pro particulari posita, eundem facit syllogismum.

QVARTA.

Omnes imperfecti syllogismi perficiuntur per primā figurā ostensiuè, vel per impoßibile. Ostensiuè quidē per conuersionē, per īpossibile verò ex cōtradictorio cōclusionis cū altera p̄missarū. Quo aūt id pacto fiat statī meli⁹ ītelligetur.

QVINTA.

Omnes alij syllogismi poßunt ad vniuersales modos primæ figuræ reduci.

Intelligitur hoc de reductione ostensiua, vel per

impossibile

impossibile mediata vel immediata. Declarat hãc regulam Aristoteles sufficienter in suo contextu, cuius tamen verba vt intelligantur clariùs, vtq; magis assequantur rudiores, quid sibi velint iam dictæ regulæ, præsertim posteriores duæ. dicendum modò erit de reductionibus syllogismorũ, præsertim imperfectorum ad perfectos.

Omissa igitur reductione per expositionem de qua iam antè disseruimus, & quæ ad tertiæ figuræ syllogismos propriè pertinet, duplex restat tractãda reductio, vna ostensiua, altera per impossibile.

De ostensiua reductione.

Reducitur ergo syllogismus ostensiuè, quãdo aut ex eisdem prorsus præmissis euidenter infertur alia conclusio conuertibilis in priorem conclusionem ineuidenter illatam, aut ex vna tantùm præmissa variata per conuersionem vel ex pluribus sic variatis, concurrente interdum earundem transpositione, infertur euidenter eadem conclusio, vel alia in ipsam potens conuerti.

Exempla primi membri sunt tres modi primæ figuræ indirectè concludentes, qui sunt apud Boëtium in libro de Categoricis syllogismis, scilicet (Baralipton, Celantes, Dabitis) horum enim præmissæ euidẽter inferũt in modis perfectis. (Barbara, Celarẽt, Darij) conclusiones, per accidens vel simpliciter conuertibiles in illas conclusiones obscurè illatas.

Sub secunda parte continentur Cesare, Festino. Darapti, Felapton. Datisi, & Ferison. Egent enim vnius dũntaxat præmissæ conuersione.

Sub tertia verò comprehẽduntur, Fapesmo, & Frisesomorum.

Sub quarta Camestres & Disamis.

Nam in illis duobus reductis ad Ferio colligitur euidenter

denter eadem conclusio.

In his verò reductis ad Celarent & Darij inferuntur conclusiones conuertibiles in imperfectorum syllogismorum conclusiones, vbique tamen ad conuersionem alterius, vel ambarum pręmissarum, accedente harum transpositione.

MODVS
reductionis ostensiuæ.

Sed quo pacto vnusquisque modus imperfectus sit ostēsiuè reducēdꝰ ad modū aliquē perfectū, facillimo compendio docent consonantes literæ in Latinis modorum nominibus: & sunt. 7. B, C, D, F. M, P, S.

Nam omnem modum aliqua quatuor primarum inchoat, significans, ipsum, si imperfectus fuerit, ad cū perfectum modum reduci debere ostensiuè, qui istam possederit initialem literam. Vt omnes syllogismi imperfecti ostēsiuè reducibiles, quorū est prima consonans B, reducuntur ad Barbara.

Quorum verò (C) ad Celarent.

Quorum verò (D) ad Darij.

& quorum (F) ad Ferio.

Alibi verò positæ eædem consonantes, nullam habent hac in re significationem.

Nisi quòd (C) in medio posita indicat, eum modum nō ostensiuè posse reduci, sed per impossibile tantùm: quod in solis Baroco & Bocardo vsu venit.

Cæterarum verò consonantiū (P) designat in reductione propositionem eam, quæ per vocalem pręcedentem intelligitur, conuersione Per accidens esse mutandam.

S verò indicat conuersionem simplicem propositionis significatæ per pręcedentem vocalem.

M autem vbicunque ponatur, transponendarum præmissarum est signum.

Hæc qui diligēter obseruauerit, promptissimè quemlibet imper-

libet imperfectum syllogismum ostensiuè reducet ad primæ figuræ euidêtes modos, si in principio frequentior adfuerit exercitatio.

Intelligenda autem sunt iam dicta, de syllogismis ex medio communi constantibus.

Si enim medium fuerit singulare, non posset talis reductio per eiusmodi conuersiones procedere, ad aliquem modorum quatuor principalium primę figurę, sed ad expositorium quempiam syllogismum primæ vel tertiæ.

Ratio autē cur Baroco & Bocardo nequeant ostensiuè perfici est, quia si id fieret, componēdus esset syllogismus primę figuræ ex ambabus particularibus præmissis, aut conuertenda esset particularis negatiua in vniuersalem, quæ sunt impossibilia.

V S V S
huius reductionis ostensiuæ,
ostenditur exemplo.

Quis autem possit esse vsus huiusmodi reductionis vno exemplo ostendemus.

Si quis inficiabitur syllogismū in Cesare esse firmam consequentiam, propterea quod is obscurè colligat, ita est redarguendus. Pręmissę in Cesare inferunt pręmissas dispositas in Celarent, sed hę præmissę efficaciter colligunt eam conclusionē, quæ priùs in Cesare inferebatur, ergo et præmissę eius modi, qui dicitur Cęsare, necessariò inferebant conclusionē suam. Nam quicquid sequitur ad consequens bonę consequentiæ, id sequatur necessum est ad antecedens. Quod in hoc syllogismo euidentissimè ostendi potest:

Nullus homo est quadrupes, &
Omnis asinus est quadrupes, ergo
Nullus asinus est homo.

De reductio-

De reductione syllogismorum per impossibile.

Altera reductio quæ dicitur per impossibile, in omnib' imperfectis syllogismis locũ habẽs ita definitur. REDVCTIO PER IMPOSSIBILE EST, qua syllogismi probãtur esse boni, eò quòd ex opposito contradictorio conclusionis cum altera præmissarum, infertur in modo euidenti contradictoriũ alterius præmissæ vel contrarium.

Exempla ex dicendis patebunt.

Accipit autẽ hęc reductio robur suũ ex hac maxima: Omnis ea consequẽtia bona est, ex cuius consequentis opposito cum altera antecedentis parte (si plures sint) necessariò infertur contrarium, vel contradictorium reliquæ partis antecedentis.

VSVS
Reductionis per impoßibile.

Hac reductione cogitur is, qui pertinaciter negauerit syllogismum aliquem imperfectum, esse bonam consequentiam, concedere duo contradictoria aut contraria esse simul vera, quod est impossibile.

Et ob id hęc reductio per impossibile vocatur, quòd aduersarium ad impossibile ducat.

Vt si neges hunc syllogismum in Cesare esse bonum,

Nulla planta est animal, &
Omnis homo est animal, ergo
Nullus homo est planta.

Dicas oppositum antecedentis posse esse verũ, cùm falsum sit consequẽs. Esto igitur ita. Quare erit contradictorium consequentis verum. Aliquis homo est planta. Et cũ vtraque præmissa dati syllogismi etiam per te vera sit, accipiã alterã scilicet maiorem, conficiens hunc syllogismum in Ferio.

Nulla planta eſt animal,&
Aliquis homo eſt planta, ergo
Aliquis homo non eſt animal.

Hic ſyllogiſmus euidens eſt, quare illum negare non potes. Antecedens autem totum eſt à te conceſſum, quare et conſequẽs confitearis neceſſe eſt, hoc autem contradicit minori ipſius ſyllogiſmi imperfecti, quam etiam dicebas veram eſſe. Cogeris ego velis nolis cõtradictorias duas admittere eſſe ſimul veras, aut fateri in Ceſare factũ priùs ſyllogiſmũ fuiſſe conſequentiam neceſſariam.

Inter modos imperfectos ab Ariſtotele deſignatos, duo tantùm ſunt, qui hanc reductionẽ dúntaxat admittunt, qua perficiantur, nempe Baroco & Bocardo. Reliqui verò omnes gemina ratione poſſunt perfici.

Ex primo priorum,

CAPVT VIII.

De Contingenti.

DEfinitionem talem Contingentis indicat Ariſtoteles.

* *Contingens eſt, quo non exiſtente neceſſario, poſito tamen in eſſe, nihil erit propter hoc impoſsibile.*

Cuius definitum accipitur pro re contingenti, hoc eſt, quæ neque eſt neceſſaria neque impoſſibilis, ſed poteſt eſſe, & etiam poteſt non eſſe, vt hominem caneſcere, animal ambulare, & ſimilia, nam his exemplis Ariſtoteles vtitur.

Definitio

Definitio autem hunc habet sensum.

Contingens est ens, quod cùm non sit necessarium, nullum tamen, si esse concedatur, sequetur impossibile. Hac postrema definitionis parte, excluduntur impossibilia, vt chimeram esse, hominem esse equum. Nam ex omni & solo impossibili, rectè sequitur aliud impossibile. Priori autem definitionis parte res necessarias excludimus, vt deum esse, cœlum moueri.

Est ergo contingens quoddam medium, inter necessarium, & inter impossibile, per vtriusque extremi negationem rectè definitum.

Diciturq́; non minùs de his, quę futura sunt: vel cùm nunquàm sint futura, possunt tamen esse, quàm de illis quæ iam subsistunt, & corrumpi possunt.

„ Posteà dicit Aristoteles omnes propositiões de cõ-
„ tingenti nõ negato, in oppositã qualitatẽ cõuerti.

Est aũt cõuersio in oppositã qualitatẽ, quãdo ex affirmatiua propositione infertur negatiua eiusdẽ subiecti & prædicati, cæteris omnibus nihil mutatis, nisi quòd ex vniuersali antecedente, liceat inferre particulare consequens.

Est autem hæc conuersio in solis & omnibus propositionibus de contingenti formalis consequentia, siue modus affirmetur, siue negetur, dummodò similiter se habeat in antecedente, & consequente, vt sequitur.

Omnem hominem contingit esse album, ergo
Omnem hominem contingit non esse album.
Non contingit cœlum quiescere ergo
Non contingit cœlum non quiescere.

Modo tamen differenter sumpto non sequitur:
Omnem hominem contingit currere, ergo

Omnem hominem non contingit currere.

Hoc est adnotandum: Propositiones de contingenti non negato, propriè appellari de contingenti, & exponi per possibile & possibile non. Illas verò quæ cõtingens negatũ habent, voce quidẽ esse de cõtingenti, secundũ sensum verò de impossibili & necessario. Vndè sensus huius, Non contingit cœlum quiescere, est iste, Necessariò cœlũ quiescit, vel impossibiliter cœlũ quiescit. ¶ Huius autem, hominem contingit sedere, sensus est, homo potest sedere, & potest non sedere. Vbi amplius considerandũ est, propositiones de contingenti non negato exponi per copulatiuam, de negato verò per disiunctiuam.

VSVS.

Eò adduxit tractationem Contingentis Aristoteles, quia syllogismos ex propositionibus de cõtingẽti cõficere docturus est, qualis est hic perfectus priæ figuræ:

Omne album contingit esse nigrum, &
Omnem parietem contingit esse album, ergo
Omnem parietem contingit esse nigrum.

Sed quoniã huiusmodi syllogismorũ rarior vsus habetur, idcirco rationẽ huiusmodi syllogismorũ conficiendorum ex Aristotele petendã relinquẽtes, ad alia properamus.

DE PRÆSVPPOSITIS

Ex primo Priorum ἀναλυτικῶν

CAPVT IX.

Regulas quatuor, supradictis paulò ante cap. vij. nõ absimiles omninò, deinceps traditas, Præsupposita vulgò vocant, quòd ijs veluti quibusdam principijs vsus sit sæpiùs Aristoteles.

Primum

PRIMVM PRAESVPPOSITVM.

Omnem syllogismum in aliqua trium figurarum fieri oportet.

SECVNDVM
duas habens partes.

Ampliùs, in omni syllogismo aliquam præmissarum affirmatiuã, & aliquam esse vniuersalem, est necesse.

TERTIVM.

Perspicuum est, omnẽ syllogismum tribus terminis & non pluribus constare.

QVARTVM.

Quædam propositiones difficulter syllogizantur, quædam faciliùs.

Omissis duobus primis tanquàm notis, circa tertium aduerte, debere ipsum intelligi de syllogismo simpliciter vno, & non aucto: Interdum enim syllogizando adijcitur maiori propositioni aut minori alia propositio, velut ipsius probatio & confirmatio, indicans nouum syllogismum, antequã ad conclusionem veniatur.

Et hic vocatur syllogismus auctus, eò quòd augeatur aliqua propositione vltra consuetam syllogismi formam, vt cùm sic colligo:

Omnis homo est capax disciplinę, quia omne animal rationale est capax disciplinę, & Ioānes est homo, igitur Ioannes est capax disciplinæ.

Circa quartū presuppositū aduerte, illā propositionē intelligi difficulter syllogizabilē, quæ in paucioribus figuris & modis potest pro cōclusione inferri: illā aūt faciliùs, quę in pluribꝰ figuris aut modis inferri potest.

Atq; hinc patet, quòd inter oēs propositiones, vniuersalis adfirmatiua omniū difficillimè syllogizatur. Solùm enim in prima figura, & in vnico modo potest concludi.

At verò particularis negatiua, in omnibus figuris concluditur. Omnium igitur facillimè syllogizatur.

Sicut autem vniuersalem adfirmatiuam construere est difficillimum, & particularem negatiuam construere facillimum: ita econtrariò vniuersalem adfirmatiuam destruere est facillimum: difficillimum autem destruere particularem negatiuam.

Construere autē aliquam propositionem in proposito, est eam probare veram.

Destruere falsam ostēdere, aut oppositū eius inferre.

Illa enim destruitur faciliùs, cuius falsitas potest pluribus modis siue per plura ostendi.

Illa verò difficiliùs, cuius falsitas per pauciora monstrari potest.

Vniuersalis autē adfirmatiua destruitur, & per vniuersalem negatiuam sibi contrariam, quæ in duabus figuris syllogizatur: & per particularē negatiuam contradictoriam, quæ in omnibus.

Particularis autē negatiua nō destruitur nisi per vniuersalē adfirmatiuā, quę vnica figura & vnico modo potest concludi. Illa igitur facillimè destruitur, hæc difficillimè. Vniuersalis autē negatiua & particularis adfirmatiua medio modo se habēt, quoad construi & destrui, vt ex dictis potest intelligi. Cōcludit quartæ huiꝰ regulę declarationē Aristoteles verbo notatu digno

„ gno, dicẽs: Omninò nõ latere oportet vniuersalia ꝑ
„ particularia destrui, & particularia ꝑ vniuersalia, &
„ non construi vniuersalia per particularia quam-
„ uis econuersò. Insuper manifestũ est, quòd destru-
„ ere faciliùs est quàm cõstruere: & egregium addit
„ epilogũ hactenus dictorũ, nobis quoq; seruiẽtem.
„ Quomodò ergo fit (inquit) oĩs syllogism⁹, & per
„ quot terminos & ꝓpositiones & quomodò se habẽ
„ tes ad inuicem: Amplius autem, quę propositio in
„ omni figura, & quę in pluribus syllogizatur, & quę
„ in paucioribus, palam ex his est, quæ dicta sunt.

DE ARTE INVENIENDI *Medium.*

ARistoteles post hæc docet, quomodò ad vnamquanquæ conclusionem probandam idoneum inuenire mediũ possimus, quæ res maximo nobis erit vsui Nõ enim eodẽ modo quęrẽdũ est mediũ ad vniuersalẽ & ad particularẽ concludendã, hoc est, ad concludendã vniuersalẽ adfirmatiuã, & ad vniuersalẽ negatiuã: nec similiter ad particularem affirmatiuã & ad particularẽ negatiuã. ¶ Ponit autẽ pro hui⁹ rei notitia quatuor regulas in hunc modum.

PRIMA REGVLA EST.

Concludere volentibus vniuersalem affirmatiuam, sumendum est consequens subiecti, & antecedens prædicati.

ALTERA.

Ad concludendum particularem affirmatiuam, antecedens ad vtrunq; extremorum sumendum est.

TERTIA.

Ad concludendum vniuersalem negatiuam sumetur consequẽs subiecti, et extraneum ad prædicatum, vel consequẽs prædicati, & extraneum subiecti.

POSTREMA.

Ad concludendum particularem negatiuam, sumendum est antecedens subiecti, & extraneum prædicati.

Pro quarum regularum intellectu, priùs quid sit antecedens, quid consequens, quid extraneum, dicendum.

ANTECEDENS QVID.

Per antecedens accipiẽdum est id, quod alterum legitimè infert, cuíque vniuersaliter subijcitur: cuiusmodi est minùs commune comparatione maioris: & conuertibile, ad id quod cum ipso recurrit.

QVID CONSEQVENS.

Consequens est, quod ex altero infertur, de quo vniuersaliter prædicatur.

QVID EXTRANEVM.

Extraneum subiecti aut prædicati est, quod de ipso vniuersaliter negatur, vt oppositum aut disparatum. Sic homo est extraneus equo, equus lapidi, albedo nigredini.

His præmissis demus exempla regularũ. Esto syllogizanda hæc enuntiatio, Omnis homo est sensibilis: pro medio accipies, iuxta primã regulã, terminũ animal,

qui est genus & consequens subiecti homo, & antecedens prædicati sensibile, eò quòd sequatur sensibile ad animal. ¶ Sic igitur argumentare:

Omne animal est sensibile, &
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est sensibilis.

Vsum suũ habet hæc regula in prĩa figura dúntaxat.

Regulæ secundę exemplum sit ista probanda, Aliqua substantia est incorruptibilis. Accipe terminum spiritus, qui est entecedens ad vtrumq; extremum conclusionis. Sicq; argumentare:

Spiritus est incorruptibilis, &
Omnis spiritus est substantia,
Quædam igitur substantia est incorruptibilis.

Vsum habet maximum hæc regula in tertia figura, qua proprijssimè probatur particularis adfirmatiua.

Tertiæ regulæ exemplum sit hæc probanda, Nullus homo est asinus. Pro medio cape terminum, animal rationale, qui infertur ex subiecto (homo) tanquàm cõuertibile cum conuertibili: Est autem extraneus ad prædicatum (asinus) quoniam nulli asino conuenit, atque hoc medio sic procede:

Nullum animal rationale est asinus, &
Omnis homo est animal rationale, igitur
Nullus homo est asinus.

Vel ad eandem conclusionem probandam accipe pro medio brutum, qui terminus est consequens prædicati asinus, nimirum ipsius genus: Est autem extraneus ad subiectum (homo) Sicque syllogismum cõfice in secunda figura in Camestres:

Omnis asinus est brutum, &
Nullus homo est brutum, igitur
Nullus homo est asinus.

Vndè patet huius regulæ vsum esse in prima figura & secunda, illi quidem ex parte priori, huic autem ex parte posteriori.

Quartæ exemplũ offeratur probanda iſta, Aliquod animal non eſt homo. Pro medio accipe terminum (brutum) qui eſt antecedens ad animal, & extraneum ad hominem. Hocq́ꝫ medio ita ſyllogizato in tertia figura in Felapton.

Nullum brutum eſt homo, &
Omne brutum eſt animal, igitur
Aliquod animal non eſt homo.

Vel in ſecũda figura in Feſtino, per idem mediũ ſic:

Nullus homo eſt brutum, &
Quoddam animal eſt brutum, ergo
Quoddam animal non eſt homo.

In prima quoque figura per idem medium:

Nullum brutum eſt homo, &
Aliquod animal eſt brutum, igitur
Aliquod animal non eſt homo.

Hinc conſtat dictarum regularum ſolam hanc omnib⁹ vſui eſſe figuris, quòd particularis negatiua vbiqꝫ concludatur, non autem aliæ propoſitiones, vt declaratum eſt priùs.

Ex dictis iam manifeſtum eſt, quòd reſpiciendo ad antecedentia, conſequentia & extranea tam ſubiecti q̃ prædicati, cuiuſlibet ſyllogiſmi mediũ inuenietur.

Ex primo priorum

CAPVT XI,

De Reſolutione.

POſtquàm ſyllogiſmorum σύνθεσιν ſeu compoſitionem abſoluit Ariſtoteles, ἀνάλυσιν ſeu diſſotionem eorum in propoſitiones & terminos tractat hoc ferè modo.

De ſyllo-

DE SYLLOGISMORVM Analysi in propositiones.

» *Primùm (inquit) resoluendi sunt syl-*
» *logismi in duas propositiones. Faciliùs*
» *enim est in maiora diuidere, quàm in*
» *minora.*
» *Deinde vtra vniuersalis sit, vtra par-*
» *ticularis considerare oportet: & si non*
» *ambæ sumptæ sint, vtra desit. Aliquo-*
» *ties enim vniuersalem proponẽtes, eam*
» *non sumunt, quæ sub illa est: aliquoties*
» *verò plures proponunt propositiones,*
» *sed non eas, per quas propositum con-*
» *cluditur.*
» *Prætereà considerare oportet, an su-*
» *perfluũ quid sumptũ sit, & an quid ne-*
» *cessarium omissum. Nam omissa sunt*
» *addenda, superflua verò resecanda, do-*
» *nec veniat quis ad duas propositiones:*
» *sine his enĩ non syllogizatur propositũ.*

DE ANALYSI in Terminos.

» *Deinde (inquit) resoluendi sunt syl-*

» *logiſmi in tres terminos, quorũ ille, qui*
» *in vtraq; præmiſſarũ ponitur, eſt mediũ:*
» *neceſſe enim eſt mediũ in vtriſq; propo-*
» *ſitionibus eſſe in omni figura. Si autem*
» *mediũ affirmatiuè aut negatiuè ſubijci-*
» *atur & prædicetur, prima erit figura.*
» *Si autẽ prædicetur affirmatiuè in vna,*
» *in altera verò negatiuè, media. Si verò*
» *in vtraq; ſubijciatur, erit poſtrema etiã*
» *quãuis nõ vniuerſales ſint propoſitiões.*
» *Manifeſtũ eſt igitur, orationẽ in qua*
» *nõ bis ſumitur idẽ terminus, nõ eſſe ſyl-*
» *logiſmũ. Nam in ea nullũ eſt medium.*
» *Quoniam autem ex dictis perſpicuum*
» *eſt, quæ in vnaquaque figura propoſi-*
» *tio concluditur, & in qua vniuerſalis,*
» *& in qua particularis: manifeſtum eſt,*
» *ad concludendum aliquam propoſitio-*
» *nem non eſſe ad omnes figuras perſpici-*
» *endum, ſed ad propriam: ſi verò in plu-*
» *ribus concludatur, medij poſitione figu-*
» *ram, in qua concluditur, cognoſcimus.*

Vſus:

VSVS.

Hæc pauca satis per se clara ex Aristotele seligere ac referre libuit, quòd his, vt ille ait, cōsideratis, accidet, quæ prius dicta sunt, manifestiora esse, & plurimùm hæc consideratio facit ad iudicium de syllogismis ferendum.

Ex primo Priorum

CAPVT XII.

De syllogismo ex obliquis.

ILlos tantùm syllogismos formare docuimus hactenus, in quibus termini omnes recto casu efferebantur. Porrò nunc de illis qui vnum terminum vel plures in casu obliquo positos habent, quomodò possint concludere, non inutiliter aliqua dixerimus.

In primis hoc non est ignorandum in syllogismo ex obliquis eam accidere varietatem, vt nunc medium, nunc extremitatum altera in obliquo ponatur, ex qua re non parua quoque varietas in concludendo contingit.

Quando enim altera extremitatum obliqui casus est in præmissis, similiter esse debet & in conclusione: vt,

Omne iumentum est hominis, &
Omnis asinus est iumentum, igitur
Omnis asinus est hominis.

Hîc maior extremitas vtrobiq; in obliquo ponitur. Cùm autem ita syllogizo:

Omnis asinus est animal, &
Petri est asinus, igitur
Petri est animal.

Minor extremitas vtrobique similiter ponitur.

Cùm

Cùm verò medium in obliquo ponitur, tunc maior est adhibenda cautio, vt rectè concludatur.

Interdum enim medium in maiore tantùm, ponitur obliquè, interdum in minore tantùm interdum vtrobique.

Exemplum primi modi:

Omnis hominis est asinus, &
Petrus est homo, igitur
Petri est asinus.

Exemplum secundi.

Omnis homo est animal, &
Asinus est hominis, igitur
Asinus est animalis.

Exemplum tertij.

Nullus leo est hominis, &
Omnis asinus est hominis, igitur
Nullus asinus est leo.

Fiunt quoque syllogismi in omnibus obliquis, quod facilè est exemplis declarare.

Ad rectè autem concludendum ex obliquis potiùs consulenda est vis intectus, quam regularum multarum traditio.

Ex primo priorum,

CAPVT VLTIMVM

De regulis cõsequẽtiarum.

ADsignat Aristoteles in fine primi Priorũ quatuor consequentiarum regulas, præmittens initiò, se loqui de oppositis contradictorijs, quæ non possunt eidem inesse, sed cuilibet, ipsorum simul alterũ necessariò inest. Accipitur in regulis subsequentibus antecedens pro termino inferẽte, qui habet se ad cõsequẽs

vt minus

vt minùs commune, aut conuertibile.

Consequens pro termino illato, qui est magis commune, aut conuertibile.

PRIMA REGVLA EST.

Si ad antecedens sequitur consequens, ad oppositũ consequẽtis sequitur oppositum antecedentis.

Vt si sequitur, Homo est, ergo animal est: etiã sequetur, Non animal est, ergo non homo est. Item, si homo est, non equus est, ergo si equus est, non homo est.

SECVNDA.

Ad oppositũ antecedentis, non oportet sequi oppositum consequentis.

Vt quanuis sequitur, Homo est, ergo animal est: non tamen necesse est sequi, Non homo est, ergo non animal est.

TERTIA

Consequẽs & oppositum antecedẽtis, eidem simul contingit inesse.

Vt, leoni insunt simul, animal, & nõ homo. Hæ duæ proximè præcedentes non habẽt veritatem in consequẽtia essendi facta per terminos cõuertibiles: reliquę verò in tali quoque cõsequẽtia veritatem obtinent.

QVARTA.

Antecedens & oppositũ consequẽtis, non contingit simul eidem inesse.

Vt, non possunt vlli simul inesse, homo & nõ animal.

Duæ regulę posteriores ex prioribꝰ apertè cōsequūtur. Licèt autē iam declaratæ regulæ, ex sententia Aristotelis, accomodandæ sint hoc loco ipsis terminis, vtiliter tamē etiā propositionibus accōmodabūtur, quarū vna alterā infert, & nō ediuerso, quarū hęc est pria.

PRIMA REGVLA.

Contradictoria consequentis bonæ consequentiæ semper infert contradictoriā antecedentis.

Vt qiua sequitur, Aliquis homo est bipes, ergo aliquod animal est bipes, necessariū est vt etiā sequatur, Nullum animal est bipes. ergo nullus homo est bipes. Quòd si alia opposita vsus fueris q̃ contradictoria, nō valebit illatio Nam ad contrariā vel subcontrariā cōsequentis nō oportet sequi cōtrariā antecedentis aut subcontrariā, quod nō est difficile exemplis mōstrare.

SECVNDA.

Ad contradictoriā antecedētis, nō oportet sequi contradictoriam cōsequentis.

TERTIA.

Consequens & cōtradictoria antecedētis possunt simul esse vera.

QVARTA.

Antecedēs et cōtradictoria cōsequētis, nunq̃ possunt in veritate constare.

Exempla sunt in promptu.

Tantū de prima parte libri nostri quarti. Nūc ad secundā eius partē ex .2. priorum Aristotelis trāseamus.

LIBRI

LIBRI QVARTI PARS SECVNDA,

Ex secundo Priorum Aristotelis

CAPVT I.

De Potẽtijs Syllogismorũ.

PRæcedente parte huius libri, ex suis principijs syllogismos formare docuimus, & in eadem resoluere: hac verò parte agetur de quibusdam potentijs & impotentijs syllogismorum, adhibita etiam consideratione aliarum formarum argumentationis, quátenus tanquàm imperfectiores, ad syllogismũ vt magis perfectum & firmum reducuntur.

Primùm igitur agit Aristoteles de sex syllogismorum potentijs, quæ tamen non omnibus competunt, vt ex sequentibus dilucebit.

SEX

Potestates syllogismorum sic enumerantur.

Potestas:
- Plura concludendi.
- Colligendi ex falsis verum, non contrà.
- Circulariter syllogizandi.
- Syllogizandi conuersiuè.
- Per impossibile syllogizandi, &
- Ex oppositis.

Quantum ad primã ex Aristotele syllogismorũ potẽtiam attinet, aduerte quatuor esse modos, quibus eundem aliquem syllogismum contingit plura, id est, multas conclusiones concludere, vnam quidẽ immediatè, reliquam verò vel reliquas mediatè seu remotè.

PRIMVS MODVS
plura concludendi,
qui innititur legi ſubalternarũ propoſitionũ, eſt iſte:

Syllogiſmus concludens vniuerſalem, ſiue affirmatiuã, ſiue negatiuã, ex conſequẽti concludere poteſt particularem illi ſubiectam.

Sed huius non meminit Ariſtoteles, ob nimiam eius facilitatem. Et iſto modo ſolùm ſyllogiſmi vniuerſales, id eſt, concluſioné vniuerſalem habentes, concludunt plura.

SECVNDVS MODVS.

Syllogiſmus quilibet poteſt cõcludere eam vel eas, in quas ſua cõcluſio legitimè conuertitur.

Atq; hic modus cum primo, fundatur in hac maxima: Quicquid ſequitur ad conſequés bonæ cõſequétiæ, idẽ ad antecedens ſequitur. Et ita oẽs ſyllogiſmi & ſoli, concluſionem habentes, quæ conuerti poteſt ſimpliciter, vel per accidens, concludunt plura.

TERTIVS.

Tertius modus plura ſyllogizãdi eſt, per ſubſumptionem ſub medio.

Exemplum huius. Vt ſi detur hic ſyllogiſmus:

Omne animal habet ſenſum, &
Omnis homo eſt animal, ergo
Omnis homo habet ſenſum.

Sic ſub-

Sic subſumuntur ſub eodem medio plura minora extrema:

Omne animal habet ſenſum,&
Omnis equus eſt animal,ergo
Omnis equus habet ſenſum.

RVRSVS,

Omne animal habet ſenſum,&
Omnis bos eſt animal,ergo
Omnis bos habet ſenſum,& ſic de cæteris.

Et iſto pacto omnes ſimpliciter ſyllogiſmi cuiuſcũque figuræ & modi,ſi ſint de medio cõmuni, poſſunt concludere plura.

QVARTVS.

Quando ſub concluſionis ſubiecto ſit ſubſumptio.

Hoc eſt,ſub ipſo minore extremo ſyllogiſmi, in cõcluſione accepto vniuerſaliter. Vt hoc ſyllogiſmo dato:

Omne viuens nutritur,&
Omne animal eſt viuens,ergo
Omne animal nutritur.

Fiet ſub concluſionis ſubiecto ad hunc modũ ſubſumptio:

Omne animal nutritur,&
Omnis homo eſt animal,ergo
Omnis homo nutritur.

RVRSVS.

Omne animal nutritur,&
Piſcis eſt animal,ergo
Piſcis nutritur,&c.

Et iſto modo ſolùm vniuerſales id eſt habentes cõcluſionem vniuerſalem,poſſunt concludere plura.

DVPLEX
diſcrimen huius quarti modi, à tertio.

PRIVS.

Hæc ſubſumptio ſemper fit in prima figura, vt ex Ariſtotele colligitur, hocq; modus iſte differt à præ- cedẽte, qui poteſt etiam in alijs figuris fieri : vt ſi ſub- ſumam ſub medio in Ceſare aut Feſtino, plures mino- res extremitates permanens in eodem modo.

ALTERVM DISCRIMEN.

Differt prætereà hic quartus plura concludendi mo- dus à tertio, quòd ſecũdum hunc quartum, concluſi- ones poſteriores ſyllogizentur ex propoſitione prę- demonſtrata, hoc eſt, priore ſyllogiſmo probata ſeu concluſa, non autem neceſſariò ſecundum illum.

DVBIVM.

Quomodò idem ſit ſyllogiſmus plura concludens.

Sed iam dubitabit quiſpiã, quo modo & qua ratione in hiſce quatuor modis dicamus ſecũdũ Ariſtotelem, vnum & eundem ſyllogiſmum plures inferre conclu- ſiones, cùm reuera, vbi plures ſint concluſiones, plu- res quoque ſint ſyllogiſmi.

SOLVTIO DVBII.

Cui reſpondemus, ſyllogiſmum plura concludentem eſſe vnum & eundem numero, non quòd vnus ſyllo- giſmus idem numero plures concludat concluſiones actu & explicitè, hoc enim eſt impoſſibile, ſed quòd vnus & idem ſyllogiſmus numero implicitè & virtua- liter cenſeatur concludere omnes cõcluſiones omniũ

ſyllogiſ-

ſyllogiſmorum, qui ratione termini in eo diſtributi, vel plurium terminorum diſtributorum, ex eius præmiſſa aliqua vel concluſione poſſunt inferri, vt hic ſyllogiſmus:

Omnis homo eſt animal,
Petrus eſt homo,ergo
Petrus eſt animal.

Concludit plura poteſtate, quia complectitur virtute etiam hunc ſyllogiſmum:

Omnis homo eſt animal,
Ioannes eſt homo,ergo
Ioannes eſt animal.

Et hunc:

Omnis homo eſt animal,
Paulus eſt homo,ergo
Paulus eſt animal.

Et quotquot ſimiliter per ſubſumptionem ſingularium ſub medio poſſunt fieri noui ſyllogiſmi.

Quæſtiones incidentes ſoluuntur.

Sed rogatur,num ergo idem ſyllogiſmus numero concludat euidenter & ineuidenter? Cui reſpondemus adfirmatiuè, concedendo vnum eundemque numero ſyllogiſmum euidenter & ineuidenter diuerſas concluſiones concludere, ſed non eandem concluſionem.

Si pergat rogare quis,num ergo Felapton ſic concludat diuerſas concluſiones? Adfirmabimus (ſemper intelligendo virtute ac poteſtate.) Nam concludit ſuam concluſionem ineuidenter, idque explicitè, aliam autem implicitè concludit euidēter, vt hic ſyllogiſmus in Felapton:

Nullum animal eſt lapis,&
Omne animal eſt corpus,ergo
Aliquod corpus non eſt lapis.

Cōcludit ineuidēter explicitè, ſed implicitè & virtute

medij distributi concludit hanc euidẽter in Celarent.
Nullum brutũ est lapis, sic subsumendo sub medio:

Nullum animal est lapis, &
Omne brutum est animal, ergo
Nullum brutum est lapis.

Similiter hanc:

Nullus equus est lapis, & tot alias, quot species sub animali subsumere licet.

VSVS
huius potestatis.

Hæc potestas pulchrè declarat, quàm multi syllogismi alij, vnico syllogismo sint comprehensi, & quòd vno concesso, omnes illi quoque concessi habeantur. Nã quicquid legitimè inferri potest ex ambabus præmissis, aut ex conclusione alicuius syllogismi concessi, imò etiam ex maiori propositione, facta subsumptione alicuius contẽti sub medio, id vniuersum censetur ex ipso syllogismo ostẽdi, & in priori syllogismo concessum esse.

De secunda potestate syllogismorum.

Tractaturus Philosophus de secũda syllogismorũ potestate, posse videlicet ex falsis verũ syllogizari, ponit hanc bimembrem conclusionem:
,, Ex veris non contingit falsum syllogizare.
,, Ex falsis autem contingit syllogizare verum.
,, Et addit: Non tamen propter quid, sed quia,

Hoc est, cõtingit ex falsis syllogizare verũ, nõ quòd falsitas præmissarũ sit causa veritatis cõclusionis, hoc enim est impossibile, sed quia videlicet, syllogismus ille ex falsis verũ syllogizans, cõstat talibus extremis, quæ, cùm ipsi medio nõ verè connectantur in pręmissis, tamen sibiinuicem verè possunt in cõclusione cõnecti. Et istũ esse Aristotelis sensum cõstat, cũ addit:
,, Nã cõclusio nõ est vera ꝓpter falsitatẽ pręmissarũ.

Vsus

VSVS
huius potestatis

Munit hec potestas respondentes, firmátque iuniorum iudicia, ne, videntes conclusionem veram esse, & esse necessariam consequentiam, arbitrentur statim & antecedés verum fuisse, cùm circa hoc magna accidat varietas.

Nam verum non solùm ex vero, sed etiam ex falso legitimè colligitur. Exempli gratia, ex vtraque pręmissa falsa, verum colligitur in Barbara, hoc modo:

Bar Omne animal est arbor, &
ba Omnis pyrus est animal, ergo
ra. Omnis pyrus est arbor.

Formam argumentandi certissimam & planè perfectam vides, qua non possit esse euidẽtior: ambæ autem præmissę manifestam habent falsitatem, imò impossibilitatem: conclusione tamen nihil est verius, cùm prædicetur genus de specie.

Ex altera falsa, verum.

Da Omne animal est homo, &
ri Risibile est animal, ergo
j. Risibile est homo.

Quandoque verò ex ambabus vel altera falsa, etiam syllogizatur cõclusio falsa, vt patet ĩ hoc syllogismo:

Da Omnis homo est asinus, &
ri Lapis est homo, ergo
j. Lapis est asinus.

ADNOTATIVNCVLA.

Aduerte hanc potestatẽ concludẽdi ex falsis verum, dici syllogismorum potestatem, hoc est proprietatem quandã, cùm tamen soli syllogismo nõ cõpetat, sicut nec præcedens potestas plura concludẽdi, verùm alijs quoque conuenit argumentationum formis.

Est enim

Est enim regula generalis, & maxima infallibilis, ex veris nunquàm posse nisi verum inferri, in quacunque argumentatione bona. Ex falsis autem inferri verum nihil prohibet, iuxta versiculum vulgatum:

Ex falsis verum est, ex veris nil nisi verum.

Imò nec omni syllogismo potestas hæc conuenit: non enim illi, qui præmissas veras habet: nec item illi, qui ex falsis falsum concludit: alias potestates sequentes, etiam non omni conuenire syllogismo, quiuis ex eorum descriptionibus, exemplis & aliis, quę circa eas dicentur, vel nullo monente facilè deprehenderit.

De tertia potestate syllogismorum.

„ Definit Aristoteles circulo ostendere, seu circula-
„ riter syllogizare esse, per cōclusionem & conuertē-
„ tem alterius præmissarum, concludere reliquā præmissam. Ex quo hęc circularis syllogismi definitio depromi solet:

Syllogismus circularis est, qui ex prioris syllogismi conclusione, vnà cum alterius præmissarum conuertente reliquam syllogizat.

Explicat deinde Aristoteles, quales oporteat esse terminos, ex quibus constituendus est circularis syllogismus, nempe conuertibiles, aliòqui non valeret conuersio vniuersalis adfirmatiuè in vniuersalem adfirmatiuam, cuius est in hac syllogizatione vsus. Nunquàm enim huiusmodi cōuersio valet, nisi in terminis inter sese recurrentibus, idq́ materiæ gratia.

Non igitur esset circularis syllogismus, qui ex terminis inæqualibus conflaretur, & próinde nec omni syllogismo hæc potestas conuenit. Verbi gratia, esto

his

hic syllogismus:

Bar Omne animal est substantia,&
ba Omnis homo est animal,igitur
ra. Omnis homo est substantia.

Non licebit per conuersionem simplicem maioris & minoris colligere Omnem substantiam esse animal,& Omne animal esse hominem , cùm existẽtibus cõuersis veris,constet apertè conuertentes falsas esse.

Hoc autem in loco cõsiderat Philosophus dúntaxat de eo circulari syllogismo , qui ex veris conflatur præmissis. Aliàs locus esset huiusmodi syllogismo in terminis non recurrentibus inter sese.

Insuper & illud non prætereundũ, dupliciter terminos posse cõuerti mutuò, adfirmatiuè videlicet & negatiuè.

Adfirmatiuè quidem, dum vniuersaliter & adfirmatiuè de seinuicem dicuntur,vt,homo & risibile.

Negatiuè verò cùm vniuersaliter à se mutuò tolluntur,vt,animal & planta,homo & non risibile.

V S V S
Syllogismi circularis.

Plurimum verò commodi adfert circularis syllogismus,tum Demonstratori,tum Dialectico, ad probandam præmissam aliquam prioris syllogismi negatam à respondente,vt facta hac demonstratione physica:

Bar Omne ens compositũ ex materia & forma, est mobile,&
ba Omne corpus est ens compositum ex materia & forma,ergo
ra. Omne corpus est mobile.

Si à discẽte nõ admittatur Maior,circulo sic ostẽdetur

Bar Omne corpus est mobile,&
ba Oẽ cõpositũ ex materia & forma,est corpꝰ,ergo
ra. Oẽ compositũ ex materia & forma est mobile.

Si à discẽte Minor nõ admittatur,circulo sic ostẽdetur

Bar Omne

Bar Omne mobile est cõpositũ ex materia & forma.
ba Omne corpus est mobile,ergo
ra. Omne corp' est compositũ ex materia & forma.

Esto præterea hic syllogismus in Barbara.

	Bar	Omne rationale est risibile,&
1.Syllogis.	ba	Omnis homo est rationalis,ergo
	ra.	Omnis homo est risibilis,

Primo circulo mõstrabitur eius maior ad hũc modũ:

	Bar	Omnis homo est risibilis,&
2.Syllogis.	ba	Omne rationale est homo,ergo
	ra.	Omne rationale est risibile.

Deinde eiusdem minor hoc pacto:

	Bar	Omne risibile est rationale,&
3.Syllogis.	ba	Omnis homo est risibilis,ergo
	ra.	Omnis homo est rationalis.

In his autem duobus syllogismis duæ assumptæ sunt propositiones quæ non sunt in primo syllogismo. In priori quidẽ hæc minor, Omne rationale est homo,quę minoris primi syllogismi est cõuertens. qua q̃ hoc modo circulariter ostẽditur, ex eiusdem syllogismi conclusione,& conuertente maioris.

	Bar	Omne risibile est homo,&
4.Syllogis.	ba	Omne rationale est risibile , igitur
	ra.	Omne rationale est homo.

In posteriori verò syllogismo hæc maior, Omne risibile est rationale,quæ similiter circulo sic ostenditur:

	Bar	Omnis homo est rationalis,&
5.Syllogis	ba	Omne risibile est homo,igitur
	ra.	Omne risibile est rationale.

In quo rursum syllogismo assumitur pro minore hæc nondum syllogizata seu circulariter conclusa, Omne risibile est homo quæ sic circulo colligitur:

	Bar	Omne rationale est homo,&
6.Syllogis	ba	Omne risibile est rationale,igitur
	ra.	Omne risibile est homo.

Sex itaq; ppositi sunt sillogismi
- *Primo*, Syllogizatur pría cóclusio.
- *Secundo*, Circulo ostéditur eiusdem syllogismi maior.
- *Tertio*, minor.
- *Quarto*, Conuertens minoris.
- *Quinto*, Maioris conuertens.
- *Sexto* autem conuertés conclusionis, quæ enuntiationes omnes ab initio fuerant propositæ, atque ex tribus terminis aliam atque aliam rationem habentibus procreatæ.

Quare ex iis palam est, in eodem modo nempe, Barbara, contingere omnia circulo syllogizari, si termini fuerint conuertibiles & recurrant affirmatiuè.

Ex terminis autem negatiuè recurrentibus esto hic syllogismus in Celarent.

Ce Nullum rationale est non risibile, &
la Omnis homo est rationalis, ergo
rent. Nullus homo est non risibilis.

Maior sic monstratur circulariter.

Ce Nullus homo est non risibilis, &
la Omne rationale est homo, ergo
rent. Nullum rationale est non risibile.

Insuper huius in Camestres syllogismi.

Ca Omne animal est sensibile,
mes Nulla planta est sensibilis, ergo
tres. Nulla planta est animal.

Minor sic syllogizabitur.

Ca Omne sensibile est animal,
mes Nulla planta est animal, ergo
tres. Nulla planta est sensibilis.

Ex ijs itaque exemplis palàm est, in his omnibus retineri & eandem figuram, & modum prorsus eundem, colligiq́ eandem, & prorsus inuariatam præmissam, & próinde hic circulariter syllogizandi modus dicendus erit perfectus, imperfectum vocando cum Aristotele illum, qui non in eodem modo concludit, nec in eadé

figura

ſigura, nec eandem præmiſſam. Vt ſi in Ceſare hunc conſtitueris ſyllogiſmum:

Ceſ Nullum non riſibile eſt rationale, &
a Omnis homo eſt rationalis, ergo
re. Nullus homo eſt non riſibilis.

Mutata ſigura & próinde modo per primã figurã variato, maioris cõuertẽs hoc pacto circulariter colligitur

Ce Nullus homo eſt non riſibilis, &
la Omne rationale eſt homo, ergo
rent. Nullum rationale eſt non riſibile.

Et ſi in Datiſi hunc confeceris:

Da Omne rationale eſt riſibile,
tiſ Quoddam rationale eſt homo, ergo
i. Quidam homo eſt riſibilis.

Minoris cõuertẽs ita in prima ſigura ſyllogizabitur:

Da Omne riſibile eſt rationale,
ri Quidam autem homo eſt riſibilis, ergo
j. Quidam homo eſt rationalis.

DE QVARTA POTESTATE

Habet Ariſtoteles:

,, *Conuerſiuè ſyllogizare eſt, ex oppo-*
,, *ſito aut contrario concluſionis cum*
,, *altera p̃miſſarũ interimere reliquã.*

Hoc eſt, falſam oſtẽdere. ¶ Oppoſiti autẽ vocabulo id dũtaxat, qđ contradictorij rationẽ habet, cõprehẽdit. E cui⁹ verbis ſyllogiſ. cõuerſiui hęc definitio colligitur

Syllogiſmus conuerſiuus eſt, qui ex cõtradictoria vel contraria concluſionis prioris ſyllogiſmi cũ altera præmiſſarũ interimit reliquam, hoc eſt, infert contradictoriam vel contrariam præmiſſæ relictæ.

Atq; hic cõuerſiuus dicitur, eò ꝙ alterã prioris ſyllogiſmi p̃miſſam in oppoſitã cõuertat qualitatẽ, hoc eſt, eã colligat cõcluſionẽ, quę cũ altera p̃miſſarũ in qualitate pugnat: Exẽpli gratia huius ſyllogiſmi in Barbara:

Omne

Omne corpus est animal,
Omnis spiritus est corpus, ergo
Omnis spiritus est animal.

Maior sic interimitur per syllogismũ conuersiuum:

Nullus spiritus est animal,
Omnis spiritus est corpus, igitur
Aliquod corpus non est animal.

Hic sumitur contrarium conclusionis. Sufficeret tamen sumere contradictorium, ad eadẽ conclusionem inferendam in Bocardo.

Minor autem, seruata eadem maiore, sic interimitur per syllogismum conuersiuum in Baroco:

Omne corpus est animal,
Aliquis spiritus non est animal, igitur
Aliquis spiritus non est corpus.

Vsus syllogismi Conuersiui.

Conuersiuo syllogismo vtimur, ad euertẽdam ratiocinationem oppugnãtis, ostensa falsitate alterius præmissarum, etiamsi altera præmissa integra seruaretur, veráque possit haberi.

De quinta potestate.

Quinta potestas est per impossibile syllogizandi, *Est autem syllogismus per impossibile,* qui ex contradictorio enuntiationis veræ cum altera præmissa manifestè vera colligit conclusionem apertè falsam, ex cuius falsitate regressus fit, ad interimendũ enũtiationis verę cõtradictoriũ assumptũ, ac deníque statuitur veritas propositionis veræ priùs negatæ.

Verbi caussa, si hæc negetur. Homo est risibilis, conuertatur ipsa in oppositam qualitatem, hoc est, accipiatur eius opposita. & constituatur hunc in modum ad impossibile syllogismus:

Omne animal rationale est risibile, at
Nullus homo est risibilis,
Nullus igitur homo est animal rationale.

Conclu-

Conclusionē palàm eſt eſſe falſam, quare & præmiſſarum alteram neceſſe eſt eſſe falſam. Eiuſmodi autem non eſt maior, cùm ipſius veritas ſit manifeſta, ergo falſa erit hęc minor, Nullū hominē eſſe riſibilē: & próinde per legē cōtradictoriarū colligendū eſt verā eſſe, hominem eſſe riſibilem, quòd priùs negatum erat.

Patet igitur, in ſyllogiſmo per impoſſibile, quatuor eſſe proceſſus ſiue diſcurſus. Quorum primus eſt ſyllogiſticus. Reliqui autē tres ſunt enthymematici. Quorū primò ex cóclusionis falſitate colligitur alterius præmiſſæ falſitas. Secundò, huius vel illius præmiſſæ falſitas ex aperta veritate præmiſſæ coaſſumptæ.

Tertiò verò, veritas propoſitionis veræ, in initio negatæ, ex falſitate ſuæ contradictoriæ infertur, adhibita contradictoriarum lege.

VSVS huius partis.

Ex dictis modò palàm eſſe poteſt, in quē vſum paremus per impoſſibile ſyllogiſmum: nempe ad confirmandam veritatem propoſitionis veræ priùs alicui propoſitæ ac ab ipſo negatæ.

De vltima poteſtate.

Sexta vltimaque poteſtas eſt, ex oppoſitis ſyllogizādi facultas.

Ex oppoſitis verò is dicitur ſyllogiſmus, in quo ex premiſſis contrarijs vel cōtradictorijs infertur concluſio, in qua negatur idē de ſeipſo. Vt in hoc ſyllogiſmo:

Omnis homo eſt ſubſtantia, &
Nullus homo eſt ſubſtantia, igitur
Nullus homo eſt homo,

Ex contradictorijs ſic:

Omis homo eſt ſubſtantia, &
Aliquis homo eſt ſubſtantia, igitur

Aliquis

Aliquis homo non eſt homo.

Interdum verò ex præmiſſis tantùm æquiualenter contrarijs vel cõtradictorijs proceditur ad concluſionem, in qua æquiualenter idem de ſeipſo negatur.

AEquiualenter autem oppoſitas dicunt præmiſſas, quando ex ſe poſſunt per bonam conſequentiã inferre formaliter oppoſitas, Vt cùm ſic argumentamur:

Omne animal eſt ſubſtantia, &
Aliquis homo non eſt ſubſtantia, igitur
Aliquis homo non eſt animal.

Præmiſſę non ſunt contradictoriæ, quoniã non participant vtroque termino. Inferunt tamen verè contradictorias, quoniam ſecũda illa, Aliquis homo non eſt ſubſtantia, rectè infert hanc, Aliquod animal non eſt ſubſtãtia, quæ eſt formaliter priori contradictoria.

Item in cõcluſione, cùm dicitur, Aliquis homo non eſt animal, negatur æquiualenter idem de ſeipſo, quoniam ex illa rectè infertur iſta, Aliquis homo non eſt homo, in qua formaliter idem negatur de ſeipſo.

VSVS

Valet autem hic ſyllogiſmus ex oppoſitis cõtra eos, qui fortè, vel per inaduertentiam, vel per proteruiam admitterent duas propoſitiones ſic oppoſitas formaliter, vel æquiualenter.

Per illationem nanque talẽ, in qua idem negatur de ſeipſo, manifeſtiſſimè conuincuntur: quoniam ſicut non eſt propoſitio apparentioris & certioris veritatis quàm adfirmatiua illa, in qua idem adfirmatur de ſeipſo: ita non eſt vlla propoſitio magis falſa illa, in qua idem de ſeipſo negatur.

quis duobus quodammodò contradictorijs, vni in propria forma, & alteri in vniuersali.

Porrò censemur in vniuersali assentiri illis, quibus assentimur in alio, ex quo per bonam consequentiam inferri queant, vt qui assentitur huic sibi propositæ, Nullum album est corpus, adsentitur in vniuersali istis, Nullus cygnus est corpus, & Aliquis cygnus non est corpus.

VSVS
huius defectus.

Continetur & hîc apprimè vtilis ad quamuis disputationem admonitio: monemur autem ne fallamur, néue simus in concedendis propositionibus præcipites & inconsiderati, sed proposita, quæcunque ea erunt, cautè perpendamus, vt ne ad παλινῳδίαν tādem adigamur per syllogismos ex cōcessis propositionibus factos. Vocatur enim hic error, seu fallacia, Defectus syllogismorum tanquam signorum quorundam arguentium talem defectum. Constitutis enim syllogismis ex propositionibus vniuersalibus concessis, in quibus opinabatur quis cōtraria vel cōtradictoria tanquàm in vniuersali, concludentur apertè talia opposita in propria forma, quibus cum nemo queat præbere assensum, videatque quilibet consequentiam euidentem, & minores propositiones subsumptas veras esse, statim agnoscere debet deceptus errorem, & ab eo resilire compellitur, alteram illarum vniuersalium propositionum refutando.

Ex secundo

Ex Secundo priorum,

CAPVT III.

De Inductione.

PRincipiò Aristoteles adserit, reliquas argumentationis formas omnes tanquàm imperfectiores, ad syllogisticam formã longè omnium perfectissimam, secundum aliquam prædictarum trium figurarum reduci debere. Et id quidem est quod in contextu suo de Inductiõe, vno exẽplo ostẽdit, vt sit hæc inductio:

Omnis homo est longęuus,

Omnis equus est longæuus, & sic de cæteris animalibus non habentibus choleram,

Ergo omne animal non habens choleram est longæuum.

Sic ad syllogismum tertiæ figuræ reducitur:

Quicquid est homo vel equus vel aliud simile, est longęuum,

Quicquid est homo vel equus vel aliud simile, est animal non habens choleram, ergo

Omne animal non habens cholerã est longęuũ.

VSVS

Reductionis aliarum argumentationum ad syllogismum.

Multi putãt, huiusmodi reductiones imperfectarũ argumentationũ ad formã syllogisticam, quas deinceps Aristoteles tradit, inanem esse ingenij ludum, sed nimiũ fallũtur: magnus est enĩ earũ vsus. Nam ostendũt plurimum esse tribuendum etiam imperfectæ argumentationi, quandoquidem potest ad syllogismum redigi, & in formam argumentandi perfectissimam illigari.

Eò igitur spectat argumentationum aliarum ad

ſyllogiſmos reductio, vt intelligatur & perſpiciatur earum licèt imperfectarum vis, & efficacia non contemnenda.

Sed iam ad definitionem Inductionis, quàm Græci ἐπαγωγὴν dicunt, veniamus.

DEFINITIO Inductionis.

** Inductio eſt, quæ oſtendit extremum de medio per tertium.*

Pro cuius apertiore cognitione habenda, ſciendum eſt Ariſtotelem hîc non agere de quauis inductione, ſed de ea præcipuè quæ eſt perfecta, probatiua, adfirmatiua, & facta ſub ſubiecto, in qua reperiũtur tres termini diſtincti, videlicet extremum ſeu primum, medium, & tertium.

Extremũ dicitur is terminus, qui poſitione primᵒ eſt.

MEDIVM verò dicitur is terminus, qui eſt medius poſitione.

TERTIVM verò dicitur terminus, qui reliquis duobus ſubijcitur, qui vltimus dicitur poſitione. Verbi gratia, ſumptis tribus his terminis, corpus, animal, homo, Primum, eſt corpus: Mediũ, animal: Tertiũ, homo.

Cęterùm (vtì etiam monet textus) per tertium in definitione Inductionis, non oportet intelligere quéuis terminum, qui reliquis duobus ſubijcitur, ſed reſtringi debet ad aggregatum ex omnibus ſingularibus cõtentis ſub medio. Nam Inductio inquit Ariſtoteles,
„ per omnia ſit ſingularia, vt in hac inductione:

Ioannes eſt diſciplinæ capax, &
Petrus eſt diſciplinæ capax, & ſic de cæteris, ergo
Omnis homo eſt diſciplinæ capax.

Extremũ ſeu Maior extremitas eſt (diſciplinæ capax.

Medium

Medium (homo) Tertiũ verò ſeu minor extremitas, aggregatũ ex omnibus ſingularibus ſub homine contentis.

Hæc de vocibus in definitione poſitis.

Nunc paraphraſi definitionem ipſam reddamus clariorem.

Inductio eſt argumẽtatio non ſyllogiſtica, quæ oſtendit extremum de medio diſtributo per tertium, quod conſtat ex omnibus ſingularibus ſub medio contentis, copulatiuè enumeratis.

Dixi (de medio diſtributo) ad excludendum hanc argumentationem:

Ioannes eſt riſibilis,
Petrus eſt riſibilis, & ſic de cæteris, ergo
Aliquis homo eſt riſibilis.

Déinde addidi (per tertium, quod conſtat ex omnibus ſingularibus, &c.) Sed aduerte, quoniam plerunqꝫ infinita ſingularium multitudo diſtinctè enumerari nõ poteſt, nos ſolere compluribus eorũ recenſitis, iſtã adijcere clauſulã, & ſic de cæteris, vel iſtam, nõ poteſt diſſimile exemplũ reperiri, vel aliam ęquipollentẽ, Vt:

Hic Philoſophus legit,
Et ille, & ſic de cæteris, ergo
Omnis Philoſophus legit.

Neque hoc ſtultum eſt dicere, vt vult Valla. Nam ſi (inquit) hoc conſtat, quid attinet concludere, ergo omnis Philoſophus legit? Cui reſponſum ſit, cõcluſionem inferri, vt reſpondens expreſſè vniuerſalem propoſitionem cõfiteatur, cuius non audebat vlli ſingulari diſſentire.

Pari ſanè ratione de ſyllogiſmo euidenti quæreret: ſi præmiſſas concedit aduerſarius, quorſum attinet concluſionẽ inferri? ¶ Quod ſi roges, quomodò excludatur inductio non probatiua? Reſpondendũ, quòd oſtẽdere & probare eadem ſunt: & ideo inductio, quæ

non probat, etiam non oſtendit.

VSVS Inductionis.

Inductio conducit ad omnem humanam cognitionem, quę naſcitur ab experientia ſingulariũ ſenſu perceptorũ & collatorũ, ex qua collatione cõmunis formula ſtatuitur. Vndè per Inductionem venire eſt in cognitionem principiorum, ſi incipientes à ſingularibus, ex illis vniuerſalem colligamus. Quare Ariſtoteles ait Syllogiſmum quidem firmiorem eſſe, ſed Inductionem magis obuiam, nobiſque manifeſtiorem, cùm iudicium ſenſuum ſequatur.

Hæc prima eſt via argumentandi, hæc genuit artes, quæ ſunt ab experientia quæ ad ſenſus pertinet, ortæ, cùm paulatim Inductione ex ſingularibus, vniuerſalia collecta ſunt.

Ex ſecundo Priorum

CAPVT IIII.

De Exemplo.

HOc capite determinat Ariſtoteles de tertia argumentationis ſpecie, in qua ex vno particulari infertur aliud ſub eodẽ vniuerſali contentum. Vt, Gracchus eſt occidendus, ergo Catilina occidẽdus eſt: quæ vocatur Exemplũ propriè dictũ, Gręcè Παράδειγμα.

Et initio quidem capitis, definitionem ponit Exempli capti impropriè, his verbis:

* *Exemplum eſt, quando medio extremum ineſſe oſtenditur, per id, quod eſt ſimile tertio.*

Hoc eſt,

Hoc eſt, Exemplum eſt argumentatio nõ ſyllogiſtica, quæ oſtendit extremum de medio diſtributo, per id quod eſt ſimile tertio, vel per ſimilia tertio.

Vbi definitum accipiunt pro inductione imperfecta adfirmatiua, facta ſub ſubiecto concluſionis, quatenus ea mediante reducitur exemplum propriè dictum ad ſyllogiſmum. Talis inductio eſt, cùm ex vno particulari, vel aliquibus & nõ omnibus, infertur vniuerſale.

Hìc igitur definitur huiuſmodi argumentatio: Gracchus eſt occidẽdus, igitur omnis ſeditioſus eſt occidẽdus, quę hũc ſyllogiſmũ præcedit, Oĩs ſeditioſus eſt occidẽd⁹, Catilina eſt ſeditioſus, ergo Catilina occidẽd⁹ eſt. Ad quem reducitur exemplum propriè dictũ priùs datum: Gracchus eſt occidẽdus, igitur Catilina occidendus eſt · quandoquidẽ ex primo antecedente, quod erat in Inductione imperfecta, infertur vltimum conſequens, quod eſt concluſio ſyllogiſmi, iuxta regulam certiſſimam: Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad antecedens eiuſdem.

Porrò mox inferiùs alio capietur modo Exemplum, cùm propriè ſumptum definietur. Tantum de definito huius definitionis.

Ceterũ ad definitiõis ipſius ĩtelligẽtiã maiorẽ, cõſiderẽtur hęc quatuor vocabula {
- *Extremũ ſeu primũ* } quę duo capiũtur, vt p̃cedẽti capite.
- *Medium* }
- *Tertium*, — hìc aliter capitur.
- *Simile tertio.*

Per TERTIVM hìc non ſunt intelligenda omnia ſingularia medij copulatiuè aut diſiunctiuè ſumpta, quemadmodum in Inductione & ſyllogiſmo inductiuo, ſed vnum aliquod ſingulare ſub medio cõprehenſum, & in exemplo propriè dicto illatum.

SIMILE TERTIO eſt aliud ſingulare eiuſdẽ medij, ex quo in huiuſmodi exemplo infertur alterum, quod dicitur tertium. Verbi gratia, apud Ariſtotelem exemplũ

exemplum propriè dictũ eſt hoc: Thebanos pugnare contra Phocenſes eſt malum, ergo Athenienſes pugnare contra Thebanos eſt malum.

In quo exemplo tertium eſt, Athenienſes pugnare contra Thebanos, quod hic eſt ſubiectum conſequentis. Simile tertio, Thebanos pugnare cõtra Phocenſes, quod ſubijcitur in antecedente. Extremũ verò, malũ, quod vtrobique prædicatur.

Illa autem duo ſingularia conueniunt ambo in hoc communi medio, quod eſt, cõfines, ſeu finitimos pugnare cõtra cõfines, quod nõ ponitur in exemplo propriè dicto.

Definitio autem exempli propriè dicti ex Ariſtotele elicitur hæc:

* *Exemplum eſt argumentatio, cuius antecedens ad conſequẽs ſeſe habet, non vt pars ad totum, neq; vt totum ad partem, ſed vt pars ad partẽ, quandoquidẽ ambo ſunt ſub eodẽ, euidens autẽ alterũ.*

Et eſt hic ſermo de toto vniuerſali, & parte ſubiectiua, quomodò Socrates pars eſt ad hominẽ, & hõ ad aĩal.

Debent autem hæ partes eiuſdem eſſe totius, non quidem neceſſariò eſſentialis, ſed vel accidentalis, in quo tamen certum aut ſaltèm probabile eſt eas conuenire, quodq́; in cauſſa eſt, cur priori conueniat prædicatum in antecedente.

Vndè patet, hęc exempla non vera eſſe, Socrates ambulat, ergo hæc Grammatica ambulat, Plato fuit doctiſſimus, ergo Gorgias fuit doctiſſimus, Germani ſunt candidi, ergo & Hiſpani.

Sed hoc

Sed hoc proprium est exemplum: Plato est capax disciplinæ, ergo & Gorgias disciplinæ capax est. Conueniunt nanque Plato & Gorgias in eodem toto, scilicet homine, qui rationem totam capacitatis disciplinæ continet.

Quod verò postremò adiectum est definitioni, Euidens autem alterum, indicat alterum, nempe antecedens exempli, debere esse euidēs & manifestum: aliòqui frustra ad probationem ignoti adsumeretur.

VSVS Exempli.

Ad persuadēdum non repugnanti, atque ei qui vltrò sequitur, plurimùm valet Exemplum, vt quod doceat magìs & ostendat, quàm cogat inuitos, qui facilè dissimilitudinem comminiscuntur.

Præterea ad ornatum quoque exempla cōferunt, sed ab apologis quidem ducta, populo accommodatiora sunt, ab historijs autem, consultantibus vtiliora.

Ex Secundo priorum,

CAPVT VLTIMVM,

De Enthymemate.

Enthymema sic Aristoteles definit:

* *Enthymema est syllogismus imperfectus ex icotibus & signis.*

Definitum est enthymema probatiuum ad syllogismum categoricum reducibile. ¶ Syllogismus imperfectus hoc loco vocatur, non qui ineuidens est, vt dicebatur priùs circa definitionem syllogismi: sed cui deest

cui deest altera præmissarum, quæ certa est aut verisimilis, qua addita, efficeretur formalis syllogismus aut argumentatio probabilis, syllogismi formam præ se ferens.

Hinc Boëtius de enthymemate disputãs, syllogismũ imperfectum vocat orationem, in qua non omnibus præmissis antepositis, festinata infertur conclusio: vt,

Nullus homo est lapis, ergo
Socrates non est lapis.

Hac igitur definitionis parte excluduntur in primis omnes integri syllogismi, deinde multæ aliæ argumẽtationes, quæ speciem quidem enthymematis præ se ferunt, sed non possunt reduci ad syllogismum categoricum, per additionem præmissæ veræ, aut probabilis.

De inductione imperfecta dubium faciunt, an à definitione reijci debeat. Nã Aristoteles in textu pro enthymemate adsignat hãc inductionem imperfectam:

Pittacus est studiosus, igitur
Omnis sapiens est studiosus.

Quæ per additionem minoris reducitur ad syllogismum hoc pacto:

Pittacus est studiosus, &
Pittacus est sapiens, ergo
Omnis sapiens est studiosus.

Ad quod videtur respondendum, quòd inductio imperfecta, quæ pro antecedente vnicam habet categoricam, non videtur reijcienda à definitione enthymematis, quia per solam vnius præmissæ additionem efficitur syllogismus.

In secunda parte definitionis (ex icotibus & signis) hoc est ex antecedente, quod simul est icos & signum consequentis, vel quod est tantùm signum consequẽtis, & non icos.

Per quam partem excluduntur quæuis argumentationes, in quibus antecedens non est probatiuum cõsequentis.

Sed

Sed quorſum adiecit Ariſtoteles definitioni particulam (ex Icotibus) cùm ſufficiat antecedens enthymematis, eſſe ſignum conſequentis? Certè vt indicaret, quòd, quemadmodum ſyllogiſmorum alius eſt demonſtratiuus, alius verò dialecticus, ſic & enthymematum, aliud conſtat antecedente neceſſario, aliud probabili tantùm.

Εἰκὸς Ciceroni veriſimile, Ariſtoteles ita finit:

* *Icos eſt propoſitio probabilis.*

Vbi notandum, bifariam intelligi, propoſitionem aliquam probabilem eſſe.

Vno modo in ſe, quæ ſcilicet probabiliter eſt vera, vt, Matrem diligere filium ſuum, Omnes homines diligere ſe amantes, & odiſſe ſibi inuidentes. Huiuſmodi probabilia definientur in libro 1. Topicorum.

Altero modo dicitur propoſitio probabilis facta relatione ad alteram, quam probabiliter infert, ſiue ipſa in ſe probabilis extiterit, ſiue non. Sic hæ propoſitiones: Cælius eſt ſtudioſus literarum, Clitemneſtra eſt mater Oreſtis, Nunc ſol eſt ſub cane, probabiles dicuntur ad iſtas: Cælius non eſt voluptuarius, Clitemneſtra amat Oreſtem, Nunc non pluit.

In prædicta ergo definitione Icotis, commodiſſimè nobis congruentiſſimeque accipi videtur probabile priore modo. Id enim planè ſonat ipſius iam ex Ariſtotele data definitio.

Signum (quod Græcis σημεῖον dicitur) ſic definitur ab Ariſtotele:

* *Signũ eſt propoſitio demonſtratiua, vel neceſſaria, vel probabilis.*

Per propoſitionem demonſtratiuam, intelligimus omnẽ eam, quæ alterius eſt probatiua, ſiue neceſſariò

illam

illam inferat, siue tantùm probabiliter: hinc patet, signum ad aliud referri, sicut etiam nomen ipsum satis indicat.

Quod sequitur (vel necessaria vel probabilis) ostendit eam propositionem, quę signum dicitur, posse esse vel necessariam vel probabilem in se. Ex quo patet, omne icos relatum ad aliam propositionem, quam necessariò vel probabiliter infert, etiam esse signum, non tamen omne signum esse icos.

Superest, vt, quod hucusque distulimus, de reductione enthymematum ad syllogismos integros per additionem expressam alterius præmissæ, quæ quodammodò in mente seruabatur concepta, dicamus.

Præmittendum est igitur, omnem syllogismum constare duabus tantùm præmissis, & tribus terminis, vt intelligamus, omnem argumentationem, quæ per additionem vnius præmissæ ad syllogismum reducitur, duabus duntaxat categoricis propositionibus posse constare, videlicet antecedente & consequente, ac tribus terminis, è quorum duobus, nempe inferente & illato semper constituetur præmissa addenda.

TERMINVS INFERENS dicitur, qui in antecedēte tantùm ponitur, qui in syllogismo est medium.

TERMINVS ILLATVS est, qui tantùm in consequente reperitur.

Reliquus verò, qui tam in antecedente quàm consequente reperitur, vocatur TERMINVS COMMVNIS, ex quo non potest confici præmissa addēda, quia aliôqui idem terminus poneretur in vtraque præmissa & conclusione.

Ex his patet, argumentationes quæ quatuor terminis constant, enthymemata hîc definita non esse: vt, Albedo est color, ergo Albū est coloratū, sed nec omnis argumētatio duabus tantū propositionibus & tribus terminis constans, potest ad categoricū syllogismum reduci

reduci, quia contingit interdum terminum inferentem & illatum, ex quibus facienda esset præmissa adfirmatiua, inter se disparatos esse, ac próinde nō posse constituere veram propositionem adfirmatiuam, vt ędificator est excellens, ergo domus quam fecit, est excellens. Et similia à caussa vel ab effectu: & ideo talia argumenta solùm reducuntur ad syllogismos hypotheticos, de quibus posteà. Aliud esset, si addenda esset negatiua præmissa, quia tunc oporteret terminum inferentem & illatum inter se repugnare.

Quòd si roget quispiam, quomodò possimus cognoscere, an maior, an minor desit propositio?

Dicimus inspiciendam esse conclusionem. Nam si idem sit prędicatum conclusionis & antecedentis, deest minor propositio, quæ conficietur ex subiectis. Sin autem idem vtrobique subiectum sit, maior desideratur, ex prædicatis constituenda.

Quod si præterea quęratur, ad quam figuram reduci debeat enthymema?

Dicimus obseruandum esse vtra præmissarum desit.

SI MAIOR DESIT.

Nam si desit maior propositio, reducetur enthymema ad primam vel secundam figuram.

AD PRIMAM TANTVM.

Ad primam figuram tantùm, si consequens sit affirmatiuum.

Vt equus currit, ergo equus mouetur:

Reducitur ad Darij hoc modo.

Omne currens mouetur.

Equus

Equus currit, ergo
Equus mouetur.

Ad ſecundam autem figuram nequit reduci, quia ibi non eſt concludendum affirmatiuè.

AD SECVNDAM TANTVM.

Si antecedens ſit negatiuum. Vt,

Spongia non eſt animal, ergo ſpongia non eſt brutũ.

Sic reducitur ad Baroco.

Omne brutum eſt animal,
Spongia non eſt animal, ergo
Spongia non eſt brutum.

Ad primam figuram nõ reducitur, cùm ibi minor nõ debeat eſſe negatiua.

AD PRIMAM ET SECVNDAM.

Si antecedens eſt affirmatiuum, & conſequens negatiuum.

Vt dum argumentamur à diſparatis, aut oppoſitis, ab affirmatiua ad negatiuam, hoc modo.

Paulus eſt homo, ergo Paulus non eſt equus, Cygnus eſt albus, ergo non eſt niger.

Quæ enthymemata facilè ad vtranque figuram reducentur, confecta ex prædicatis Maiore propoſitione, in qua ſi mediũ prædicetur, fiet reductio ad ſecundã. Sin ſubijciatur, ad primam.

SI MINOR DESIT.

Si in Enthymemate minor propoſitio deſit, ad primã vel ſecundam figuram reducetur:

AD PRIMAM TANTVM.

Si conſequẽs ſit propoſitio vniuerſalis.

vt, omne animal currit, ergo omnis equus currit, ſolũ reducitur:

reducitur ad Barbara addita hac minore,

Et omnis equus est animal.

Ad tertiam autem figuram non reducitur, quia ibi concludendum est particulariter.

AD TERTIAM TANTVM.

Si antecedēs sit propositio particularis:

Vt, aliquod animal respirat, ergo aliquod corpus respirat: duntaxat ad Disamis reducitur, addita hac minore. & Omne animal est corpus. Ad figuram primam non reducitur, quia maior esset particularis.

AD PRIMAM ET TERTIAM.

Si antecedens sit vniuersale, & consequens particulare.

Vt, Omnis equus hinnit, ergo aliqua substātia hinnit.

Quod Enthymema ad primam erit reductum, si medium in propositione minore quę est addenda, prędicetur. Sin ibi subijciatur medium, erit reductio ad tertiam figuram.

ADMONITIO.

Porrò licèt idem Enthymema possit ad primam & secundam figurā reduci, item ad primam & tertiam, tamen fieri nequit, vt idem enthymema ad secundam & tertiam reducatur, quia media sese habent opposito modo. Nam in secunda figura medium semper prędicatur, in tertia autem subijcitur semper.

VSVS
Enthymematis.

Vsus Enthymematū creberrimus est in cōmuni sermone, vt, Nō emā vestē, deest enim pecunia. Oratores quoq; multò frequentiùs Enthymemate quàm Syllo-

 gismo

gismo vtũtur, ĩ hoc cõmuni se accõmodãtes sermoni.
Et hanc argumentandi formam nomine Ἐνθυμήματος, (Latini cogitationem dicunt, qua certum est celerius esse nihil) appellatam apparet, quia hîc non longa supputatione, vt fit in syllogismis, vtimur, sed breui atque celeri cogitatione videmur moueri.

Dicitur ob eandem caussam Græcis quoque Συλλογισμὸς ἀτελὴς, Latinis verò nunc ob celeritatem festinatus syllogismus, nunc ob defectum dissimulationemque alterius præmissarum, syllogismus truncatus & mutilus. Dissimulatur enim altera propositionum de industria, studio breuitatis, cùm odiosum & lõgum nimis videretur recitare propositionem, quæ se vltrò offert: Quæ tamen propositio in mente interim eius qui ratiocinatur, concipitur: vt,

Nulla planta est inanimata, ergo
Nulla arbor inanimata est.

vbi minor relicta est, quæ ex se adeò facilis est, & cuiuis obuia, vt sordeat propemodùm, si explicetur.

Alia de caussa nonnunquàm Oratores Enthymemate vtuntur, prætereũtes eam propositionem, quam prosit non exprimi, cùm parum firma videatur: vt:

Alexander est ebriosus, igitur
Parum strenuus est.

Nam prætermissa propositio infirma est: Nullus ebriosus est strenuus.

Porrò vtimur Enthymemate, aliàs apertè, aliàs tacitè. Sæpe enim cùm non videmur argumentari, tamen argumentum vna voce notamus, qualia sunt. Quid agerem cum ebrio? Quid emerem sine nummis?

Apud Liuium de Alexandro. Illéne qui temulento agmine, commessabundus incessit, par esset Romanis? Sunt enim in his verbis Enthymemata, temulento agmine, & cõmessabundus incessit, siquis explicet:

Temulentum agmen est imbelle, ergo
Non est par Romanis.

Com-

Commessabundus dux non est fortis, ergo
Non est par Romanis.

Ita solent in omnem sermonem tacitè spargi Enthymemata. Plurimum verò addunt ponderis hoc modo adspersa. Quare de hoc genere Rhetores præceperunt, ne sit inanis oratio, sed vt habeat pleraque verba, etiã cùm non argumentamur, sensu aliquo tincta, vt Fabius ait, quæ admoneãt auditorem argumenti, aut grauis alicuius sententiæ.

Cæterùm manifesta Enthymemata innumerabilia vbique reperiuntur, quæ, quia facilè deprehendi possunt, modò non sint ignota præcepta de forma enthymematis, nihil opus est hîc adscribere ex autoribus multa exempla.

Sed aduerte nonnunquàm enthymemata esse amplificata & ornata pluribus verbis, quæ vt agnosci queant, ab imperitis detrahendus erit ornatus.

Sæpe etiã autores ipsi cõiungunt nudas propositiones, prorsus Dialecticorum more, vt Demosthenes in prima Olynthiaca:

Successus seu secundæ res infatuant imperitos, ergo
Difficilius est retinere parta bona, quàm parare.

Si addas maiorem, erit absolutus syllogismus, & ratio consequentiæ perspici poterit:

Fatui bona parta non norunt retinere,
Secunda fortuna infatuat animos, igitur
Secunda fortuna efficit, ne parta bona retinere sciamus.

Cicero scribit Rhetores Enthymemata propriè appellasse, argumenta ex contrario ducta, vt apud Virgilium:

Nulla salus bello, igitur
Pacem te poscimus omnes.

Sed apud Dialecticos nomen Enthymematis latiùs patet, & omnibus imperfectis syllogismis tribuitur.

Et tamen illud verum eſt, argumentationem, quæ ex pugnantibus conſtat, maximè quadrare ad formam Enthymematis. Et maximè perſpicua eſſe enthymemata, quæ ex contrarijs perficiuntur, communis ſenſus iudicat.

DE ALIIS ARGVMENTORVM FORMIS TRACTATIO.

Dictis ex Ariſtotele argumentationum formis, non inutiliter aliæ quædam addentur, quas ſecundarias vocant, ex quibus ſunt Sorites, Dilemma, & Violatio, Siquis plures deſiderat, in Rhetoricis Trapezuntium conſulat.

DE SORITE.

Sorites, Latinè coaceruatio, eſt argumentatio, in qua prædicato primæ propoſitionis aliud prædicatū attribuitur neceſſariò cohærens, eodemque modo vlteriùs procedi per gradus poteſt, donec in concluſione vltimum prædicatum additur primæ propoſitionis ſubiecto. Eſtque vſitata forma, cùm ab ima ſpecie ad ſummũ genus per media genera adſcẽdimus, vel cùm à cauſſis ad proximos effectus tranſimus, qui rurſus ſunt cauſſæ aliorum effectuum, vt:

Homo eſt animal,
Animal eſt viuum corpus,
Viuum corpus eſt ſubſtantia, ergo
Homo eſt ſubſtantia.

Aliud exemplum gradus cauſſarum:

Nimia ingurgitatio impedit cõcoctionẽ in vẽtriculo,
Mala cõcoctione facta in ventriculo, fit ſanguis impurus in hepate,
Cùm ſanguis in hepate impurus eſt, ſparguntur in totum corpus multi crudi humores,
Crudi humores ſparſi in corpus, faciunt κακοχυμίαν, & deinde hydropem, ergo
Immodica ingurgitatio cauſſa eſt hydropis.

Etſi

Etſi autem Ariſtoteles non nominat Soriten, tamen formam talium argumentorum & vſum oſtendit in Antepraedicamentis, vbi recitat regulam, quae continet Soriten.

Quando alterum de altero praedicatur, &c.

Nomẽ σωρίτης eſt à σῶρος, quod ſignificat aceruũ. Ac Stoicos hac forma multum vſos eſſe, conſpici poteſt in exemplis, quae extãt apud Ciceronem. Sed prudenter videndum eſt, vbi valeant hae connexiones.

Qui ſint vitioſi Soritae.

Nulli fiunt prima negatiua Soritae. Et in adfirmatiuis tantùm illi valent, in quibus vocabula neceſſariò cohaerent, vt, ſpecies, genera, differentiae, propria. Item cum cauſſis per ſe ac proprijs attexuntur proprij effectus, vt non valet conſequentia in negatiuis:

Homo non eſt leo,
Leo eſt animal, ergo
Homo non eſt animal.

Nec valet conſequentia, cùm voces non neceſſariò cohaerentes iunguntur, vt,

Ex malis moribus ortae ſunt bonae leges,
Bonae leges ſunt dignae laude,
Digna laude ſunt expetenda, ergo
Mali mores ſunt expetendi.

Vitioſa connexio eſt, quia mali mores non ſunt per ſe cauſſa bonarum legum, ſed mens bonorum gubernatorũ eſt per ſe cauſſa: vt morbus non eſt cauſſa curationis, ſed medicus, remedia, & natura repugnans morbo.

Vulgò recitatur exemplum ridiculũ, quod adſcribã, quia cùm ridicula tenaciùs in memoria haereant, illuſtris commonefactio eſt de hac regula:

Qui bene bibit, bene dormit,
Qui bene dormit, non peccat,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] vina,

Si [illegible], amori.

Ad hec [illegible] & Alexander [illegible]

cùm hortatur milites, vt ineant prælium, dilemmate id perficit: Aut magnitudo beluarum, aut multitudo hostium vos deterret. Mox vtraque parte confutata, colligit Indos non esse timendos. Cæterùm apud Demosthenem & Isocratem vtriusque partis longiores περιβολὰς lector diligens facilè animaduertet.

Quæ sint optima Dilemmata.

Optima Dilemmata sunt, quæ ex contrarijs immediatis fiunt. Qua ratione non ita bene Bias argumentatus est, de non ducenda vxore hoc modo: Aut pulchram duces vxorem, aut deformem, Si pulchram, habebis κοινὴν, sin deformem, ποινὴν, Igitur vxor ducenda non est.

Omisit ibidem imprudēs Philosophus tertium, cùm inter pulcherrimam, & deformosissimam sit quædam forma media, quam Ennius nunc statā, nūc vxoriam vocauit, quæ nec tedio est marito, nec exposita omnium concupiscentiæ.

DE VIOLATIONE.

Violatio argumentatio est magis Rhetoribus quàm Dialecticis vsitata, & Græcis dicitur βίαιον. Ea autem figura argumentamur, dum contendimus aduersariorum rationem pro nobis facere, Aut quando argumentum in aduersariū retorquetur, quasi quis ab hoste telum missum arripiat, & in ipsum conuertat, vt,

Vlysses occidit Aiacem, quia adstitit ei recēs interfecto. Imò, quia adstitit interfecto, & non coniecit se in pedes, non occidit Aiacem.

Non sunt Iurisconsultis legendi Oratores & Poëtę, quia tantùm linguæ conducunt: cùm potiùs quòd linguæ prosint, ab ijsdem diligentissimè peruoluendi sunt, si verè iurisconsultorum eloquentissimi & eloquentium iurisconsultissimi non tantùm haberi, sed & esse velint.

VSVS.

Vſus huius generis argumentandi eſt, cùm oſtendimus id nobis vtile eſſe, quod aduerſarij volunt & contendunt.

De hypotheticis ſyllogiſmis *TRACTATIO quàm breuiſſima, ſed apprimè neceſſaria.*

Nihil ab Ariſtotele, ſi Boëtio creditur, de Hypotheticis ſyllogiſmis eſt tractatum: quare ne diſcipulis hac in parte deſimus, ſcitu digniora magiſque neceſſaria ſubiungemus.

DEFINITIO Syllogiſmi Hypothetici.

Syllogiſmus hypotheticus eſt argumentatio, conſtans ex propoſitionibus, quarum vna aut plures ſunt hypotheticæ.

Poterit igitur fieri ſyllogiſmus hypotheticus ex ſola priore propoſitione hypothetica, vt ſi dies eſt, lux eſt, ſed dies eſt, ergo lux eſt. Item ex priori propoſitione & concluſione hypotheticis, vt ſi nullum animal eſt candidum, nullus homo, nulluſque equus eſt cādidus, ſed nullum animal eſt candidum, ergo nullus homo nulluſque equus eſt candidus.

Inſuper ex ambabus præmiſſis hypotheticis, & concluſione categorica, vt ſi homo ſit ſenſibilis, aliquod animal eſt ſenſibile ſed homo eſt ſenſibilis, & leo ſenſibilis, ergo aliquod animal eſt ſenſibile.

Præterea ex hypotheticis omnibus, vt ſi homo ſit

rationalis,

rationalis,& leo irrationalis, aliquod animal est rationale, & aliquod irrationale, sed homo est rationalis,& leo irrationalis, ergo aliquod animal est rationale, & aliquod irrationale.

DE PARTIBVS *Syllogismi hypothetici.*

Porrò, quot sint syllogismi hypothetici partes, autorum variæ sunt sententiæ. Sed breuiter dicemus, quòd quemadmodùm syllogismus categoricus propriè duabus constat præmissis & conclusione: sic & hypotheticus: si verò dictis præmissis etiam suæ probationes adiungantur, tunc videbitur quidem syllogismus pluribus constare præmissis quàm duabus, sed reuera non constabit, quia probationes adiunctæ non sunt partes syllogismi, sed constituunt nouam argumentationem.

Diuisio Syllogismi Hypothetici.

Syllogismorum hypotheticornm alius est { *Conditionalis* / *Copulatiuus* / *Disiunctiuus.* }

CONDITIONALIS dicitur, cuius prior præmissa est conditionalis.

COPVLATIVVS, cuius prior propositio est copulatiua. &c.

DE SYLLOGISMO CONDITIONALI.

Conditionalis duobus fit modis, quorum { Prior ab antecedentibus dicitur, / Alter à consequentibus. }

Syllogismus ab antecedentibus ad hunc fit modum:
Si homo est rationalis, homo est capax disciplinę,
Sed homo est rationalis, ergo hō est capax disciplinæ.

Syllo-

Syllogiſmus verò à conſequentibus nihil aliud eſt, quàm argumentatio ab oppoſito contrario vel contradictorio conſequentis ad contradictorium antecedentis. Vt, ſi homo eſt quadrupes, homo eſt brutum, ſed nullus homo eſt brutum, ergo nullus homo eſt quadrupes.

Addunt etiam tertium modum, quem à repugnantibus vocant. Vt, non ſi dies eſt, nox eſt, ſed dies eſt, ergo nox non eſt: Item, Non ſi dies eſt, nox eſt, ſed nox eſt, ergo dies non eſt.

Verùm hi videntur præmiſſam illam cõditionalem, Nõ ſi dies eſt, nox eſt, accipere, quaſi huic æquiualeat, Si dies eſt, nox non eſt. Ac próinde cùm ſic colligunt, Non ſi dies eſt, nox eſt, ſed dies eſt, ergo nox non eſt, incidunt virtute in primum modũ ſuperiùs poſitum.

DE SYLLOGISMO COPVLATIVO.

Copulatiuus ſyllogiſmus duobus fit modis.

Prior eſt, quãdo ex poſitione alterius partis propoſitionis copulatiuę negatiuæ, infertur deſtructio alterius, Vt, non & dies eſt, & nox eſt, ſed dies non eſt, nox igitur eſt: vel nox eſt, ergo dies non eſt.

Alter eſt. cũ ecõtrariò ex deſtructione alterius partis infertur alterius conſtructio. Vt, non & dies eſt, & nox eſt, ſed dies non eſt, igitur nox eſt.

Addunt quidam tertium à negatione alterius partis copulatiuæ adfirmatiuæ, ad negationem totius, ſed ne videtur eſſe magni momenti.

Is verò modus, ſecundum quem à veritate totius copulatiuæ, ad veritatẽ alteri' partis progredimur, videtur nõ eſſe ſyllogiſticus, quia nõ habet ſubſumptionẽ.

DE SYLLOGISMO DISIVNCTIVO.

Porrò diſiunctiuum ſyllogiſmum duobus etiam modis fieri tradunt.

Prior eſt, cùm ex poſitione alterius partis, interimi

tur reliqua, vt, Aut dies eſt, aut nox eſt, ſed dies eſt, ergo nox non eſt.

Verùm hic modus ſolùm habet locum in diſiunctiuis, quæ conſtant partibus repugnantibus in veritate.

Alter eſt, cùm vna pars diſiunctiuæ tollitur vt altera pars adfirmetur, vt, Petrus aut dormit aut vigilat, ſed non dormit, ergo vigilat.

Hæc de ſyllogiſmis Hypotheticis quorum frequens eſt vſus, breuiſſimè dicta ſufficiant, ſi cui fortè inceſſerit cupiditas plura de his cognoſcendi, legat Seuerinũ Boëtium, qui duobus libris infinitos propè horum ſyllogiſmorum modos eſt perſecutus, magno quidem ſtudio ac diligentia, ſed neſcio an pari fructu, maximè pro diſcipulorum turba, quam nos inſtituẽdam ſuſcepimus.

LIBRI QVARTI

LIBRI QVARTI
PARS TERTIA
De Demonſtratione,
EX POSTERIORIBVS ARISTOTELIS.

POſtquàm prior pars Analytices, ſyllogiſmi naturam vniuerſam, partes, & proprietates expoſuit, nũc Ariſtoteles aggreditur ad demonſtrationis (Græci ἀπόδειξιν appellant) explicationem: Ac primùm quidem nonnulla veluti principia, ad eorum, quæ poſteà ſequuntur, demõſtrationem neceſſaria, ponit, ſimul naturam demonſtrationis definitione explicans.

Déinde partes & proprietates demonſtrationis exquirit.

Ac proprietates quidem ſunt, conſtare ex neceſſarijs: cõſtare ex ijs, quæ per ſe inſunt: ex perpetuis: ex ijs quæ propria ſunt illius rei, quæ demonſtratur: Item in prima figura maximè concludi, & huius generis multa.

Partes autem explicantur, cùm aliam, quòd res ſit, aliam cur ita ſit, probare oſtendit.

Item cùm aliam vniuerſalem, aliam particularem, vnam affirmantem, alteram negantem: dénique, vnã, vt loquuntur, oſtenſiuè, alteram per impoſſibile, rem de qua quæritur, confirmantem facit. Vbi ſimul partes explicando, partium explicat, aut potiùs commonſtrat proprietates. Nam comparatio partium inter ſe, quòd vna ſit melior, altera deterior, & cur ita ſit. q̃d eſt aliud q̃ proprietatis rei explicatio? Atque in ijs ferè πρῶτος τῶν ἀναλυτικῶν ὑστέρων continetur.

In

In altero autem Posteriorũ libro, nihil ferè tractatur, quàm de definitione, id quod eò factum apparet, quòd videretur dubium, an esset alius sciendi modus quàm per demonstrationem? Vt igitur alterũ modum exquireret, propterea an quid est, posset per demonstrationem probari, scrutatur. Nam si quid res sit non demonstretur, sciatur autem per definitionem quid res sit, profectò dubitari iam non potest, quin per definitionem sciendi modus reuera diuersus sit à scientia, quæ per demonstrationem acquiritur. *Argumẽtum secũdi Posteriorũ.*

Priusquàm autem veniat ad illam quæstionem, an quid est, demõstrari possit? statim initiò quatuor quæstionum genera ponit, vt ex quatuor quæstionum generibus, quibus omnia, quæ sub scientiã cadunt, cõtinentur, intelligeremus tria per demonstrationem cognosci: quæstionem autẽ quid est, relinqueret, de qua quæreret, an etiam demonstratione cognosceretur. *VSVS quæstionum sibilium.*

Et quoniam per definitionem scire quid est, non per demonstrationem, ex longa vtranque in partem disputatione relinquitur, rationẽ definiendi vniuersam absoluta illa disputatione exquirit, quia non parum momenti adfert definitio, ipsaque ad demonstratiuã scientiam omninò pertinet.

Vbi verò vniuersam illam disputationem de definitione absoluit, ad extremum communes vniuersę scientię demonstratiuæ quæstiones proponuntur, & dissoluuntur, De vtilitate diuisionis, ad cognoscẽdas rerum, de quibus quæritur, caussas, & Quæ sint eadem, quæq; diuersa problemata?

Et an reciprocentur semper caussæ cum effectis? Denique principiorum demõstrationis, quomodò in nobis fiat cognitio, & quo ea sit appellanda nomine.

Hæc de Posteriorum Analyticorum argumẽto fusiùs referre placuit, vt quãuis summã rei generatim solũ ob oculos ꝓponamus, nec oĩa particulatim posteà declaremus, apertè tamẽ hinc videant studiosi, amplissimũ esse Posteriorum vsum.

Vsus

VSVS
Doctrinæ librorum Ἀναλυτικῶν Posteriorum Aristotelis.

Latissimè patet vtilitas huius doctrinæ Aristotelicæ, in qua omnis docendi, discendi ac tractandi, quicquid sub scientiam cadere possit, ratio continetur. Sed nullus est Organi liber, qui negligatur magis, cuiusque vtilitas minùs percipiatur, cùm legatur potiùs, ne quod in more esset, videretur omissum, quàm vt immensus fructus perciperetur.

Ex Posteriorum Libris

De syllogismo Demonstratiuo,

CAPVT I.

HOrum Ἀναλυτικῶν Posteriorum Aristotelis non artem totam, sed paucissima quædam discipulis præcepta, quæ ipsi Generalia vocare consueuerũt, hic collecturus, cætera ex ipso fonte petenda, ibidemque declaranda relicturus sum, Principaliter itaque dissēremus de syllogismo ἀποδεικτικῷ seu demõstratiuo, qui extra omnem controuersiam absolutissima, perfectissimaque syllogismi species est, ab alijs differens, quòd vel opinionem tantùm, vel etiam deceptionem gignant, Demonstratione scientiam progignente. Scientia autem, vt hinc auspicemur, bifariàm ab Aristotele finitur.

PRIMA FINITIO
scientiæ seu scire.

* *Scire simpliciter & non sophistico modo, qui est secundum accidens, est*

causam

causam cognoscere propter quam res est, quoniam illius est causa, & quòd non est contingere hoc aliter se habere.

Additur, quoniam (seu potiùs quòd) illius est caussa, quia nó satis est rem illã, quæ caussa est, cognosci, nisi hæc ad effectum suum fuerit relata, & nisi cognoscatur euidenter illius esse caussa.

Deinde oportet rem esse necessariam, nec posse aliter se habere: aliòqui de ea non habetur certa perfectaque notitia, qualis est scientia.

FINITIO
Secunda Scire.

** Scire est per demonstrationem intelligere.*

Hoc est, firmè euidenterque cognoscere.

Exemplum vtriusque descriptionis idem est, sicut & definitiones, quanquam verbis diuersæ, re consentiũt. Vt firma euidensque cognitio huius propositionis necessariæ, Omnis homo est disciplinæ capax, habita per istas demonstrationis præmissas, Omne animal rationale est capax disciplinæ, et omnis homo est animal rationale.

Post hæc Aristoteles demonstrationem quoque bifariàm finit

PRIOR FINITIO
& breuissima hæc est:

** Demonstratio est syllogismus scientificus.*

Græcè ἐπιστημονικὸς seu scire faciens.

POSTERIOR.

* *Demonstratio est syllogismus ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, causisque conclusionis.*

Vt hic syllogismus:

Omne animal rationale est disciplinæ capax, &
Omnis homo est animal rationale, ergo
Omnis homo est disciplinæ capax.

Vtriusque autem definitionis definitum, propriè est strictéq; accipiendum, pro demonstratione propter quid & potissima.

Pro genere autem definiti, sumēdus est syllogismus, addunt quidam perfectus seu euidens. Non enim (inquiunt) potest obscura & ineuidens illatio, clarā perfectamque adgenerare cognitionem, qualis est scientia propriè dicta, Sed hoc alijs discutiendum relinquimus.

Prepositio (ex) in definitione hac, designat habitudinem caussæ materialis, ex qua res constat.

Aristoteles déinde datam declarat definitionem per singulas partes.

Et in primis quidem ostēdit rectè positum esse in definitione illud membrum (ex veris) quia quod nō est, sciri non potest, id est, de conclusione falsa siue ea fuerit impossibilis siue contingens, non potest haberi scientia, cùm, vt antè est dictum, illud, cuius est scientia simpliciter, impossibile sit aliter se habere: atque ita non modò verum, sed & necessarium esse debeat.

Subsequentes duas partes (ex primis & immediatis) monstrat.

monſtrat, quoniam ex demonſtrabilibus aut etiam altera demonſtrabili, non ſciet quis concluſionem, niſi eorum antè habuerit demōſtrationem, id eſt, niſi hęc illi per demonſtrationem probata fuerint & cognita. Sed hoc pacto non ſimpliciter, ſed ſecundum accidens concluſionem eiuſmodi demonſtrationis ex demonſtrabilibus & mediatis ſciet, quum eius ſcientiam ex aliis accipiat, quæ illam non ingrediantur demonſtrationem:

Declarat dénique, cauſſas quoq; & notiora & priora eſſe oportere, ea, ex quibus eſt demōſtratio ſeu ſciētia demonſtratiua & primum quidem horum probatur ex ſuperiori definitione ſcientię, quia tūc ſcimus, cùm cauſſam cognoſcimus.

Et ex hoc oſtendit vlteriùs, quòd priora ſint & notiora, quoniam omnis cauſſa inquantum talis, natura prior & notior eſt ſuo effectu. Notiora autem oportet ea eſſe, non ſolùm notione quid ſit, ſeu quid ſignificent nomina, ſed etiam quòd ſint: vt oportet non ſolùm cognoſcere præmiſſas intelligendo earum ſignificatum, ſed etiam firmiter & clarè præcognoſcēdo, quòd ſint veræ.

Poſt hæc ad maiorem partium dictarum declarationem nonnulla ſubiunxit eòdem facientia, & in primis diſtinctionē priorum & notiorū, adſerens dupliciter priora & notiora dici, quò ad nos, &, quò ad naturam.

Quò ad nos priora notioráve dico (inquit) quæ ſenſui ſunt propinquiora. Ea verò ſimpliciter notiora & priora, quæ à ſenſu longiùs diſtant.

» Remotiſſima quidem ea, quæ maximè ſunt vniuer-
» ſalia: Proxima autem ſingularia.
» Sic Ariſtoteles. Et poſteà addit. Ex primis autem

„ esse nihil aliud est, quàm ex propriis principijs esse.
„ Est autem demonstrationis principium, propositio immediata.

Deinde propositionis immediatæ adsignat definitionem hanc:

Immediata propositio, est propositio, qua non est alia prior.

Intellige, per quam possit syllogisticè ostendi.

Deinde pro declaratione huius definitionis, subiectæ sunt ab Aristotele aliquot aliæ.

PRIMA EST.

Propositio est altera pars enũtiationis, vnum de vno complectens.

Hoc est, vt priùs alibi diximus, Propositio est oratio adfirmatiua vel negatiua aliquid de aliquo, vel aliqd ab aliquo enuntians.

SECVNDA.

Dialectica propositio est, quæ similiter vtramuis accipit.

Hoc est, quæ interrogata respondenti permittit liberè vtramuis contradictionis partem eligere. Vtraq; enim pars Dialecticę disputari potest.

TERTIA.

Propositio demonstratiua est, quæ determinatè alterum, quod verum est.

Hoc est,

Hoc est, quæ interrogata respondenti non permittit ipsi liberum vtramuis partem reddere, sed veram dúntaxat, quæ sola conueniens est ad tradendam rei alicuius disciplinam.

QVARTA.

Enuntiatio est contradictionis quælibet pars.

Hoc est, Propositio categorica est altera partium, ex quibus integratur contradictio. Vt, Aliquis homo est iustus.

QVINTA.

Contradictio est propositio, cuius nō est medium secundum se.

Hoc est, Propositiones contradictoriæ sunt oppositæ, quæ ratione mutuæ oppositionis nullū admittūt medium. Vt, Nullus homo est iustus, & Aliquis homo est iustus.

Exclusæ sunt à definitione hac contradictionis, propositiones contrariæ & subcontrariæ. Harum enim datur medium secundum se.

Per Medium autē, reiectis hîc aliorum sententijs, aptissimè ītelligi posse vidētur duo vel plura singularia, ratione quorum ambæ propositiones simul veræ sunt, aut simul falsæ. Sic istæ contrariæ medium habent: Omnis homo est formosus, & Nullus homo est formosus. Erunt enim simul falsæ. Fingātur Thersites & Narcissus subsistere. Thersites enim adfirmatiuam falsam constituet, Narcissus negatiuam.

Hę autē subcontrarię ob eadem singularia, simul veræ existunt, Quidam homo est formosus, Quidam homo non est formosus.

In cōtradictorijs autem nulla vnquàm dari aut fingi poterunt singularia, ratione quorum ambæ simul sint veræ, vel simul falsæ. Idque illis accidit, teste Aristotele, secundum se, seu ratione mutuæ oppositionis. Quod eò adiectum est. Nam & contrarias non esse simul falsas, & subcontrarias non esse simul veras contingit, quando sunt in materia naturali aut remota. Sed hoc eis ratione talis materiæ, ex qua constant, & non secundum se, hoc est, ratione formæ repugnandi, accidit, quia facilè dantur aliæ similis formæ, inter quas datur medium, vt ex libro περὶ ἑρμηνείας est notum.

Post hæc diuidit Aristoteles principia immediata,

in { Positionem & Dignitatem.

Positio est propositio immediata, quam non est monstrare, neque docendum habere necesse est.

Hoc est. Positio est propositio immediata, quæ licèt non possit ostendi à priori, non tamen opus est, vt à quolibet docendo præsciatur, sed accipienda est à docente.

Vt omne compositum ex materia & forma, est mobile.

Definitio verò, de qua posteà differitur, analogicè dicitur positio, & ideo reijcienda est ab hac positionis definitione.

Dignitas est propositio immediata, quam quemlibet docendum, necesse

est ha-

est habere.

Id est, quam necesse est omnes homines, qui doceri quicquã velint, antè cognoscere sine pręceptoris opera, quàm aliquid doceantur. Nam qui habita terminorum cognitione tam stupidus est, vt huiusmodi propositioni non videat esse acquiescendum, cæcus est & ad disciplinam capessendam inutilis, vt, Quodlibet est vel non est, De quolibet est adfirmatio vel negatiò vera.

Post hæc dicit Philosophus, positionem superiùs definitam, quæ est adfirmatio aut negatio, dicendam esse suppositionem.

Definitionem verò, quia neque adfirmatio neque negatio est (cùm sit oratio imperfecta) positionem tantùm dici.

Addit post hæc magis credendum præmissis demonstrationis, quàm conclusioni, iuxta Maximam:

Semper oportet, propter quod vnumquodque est, illud magìs esse.

Quare si propter principia scimus & credimus conclusionem, illa scimus & credimus magis.

Porrò illi Maximæ tribuunt talem sensum: Quando effectus & vera caussa conueniunt in nomine aliquo, perfectiùs de caussa quàm effectu nomẽ illud dicitur, vt, igni magis conuenit calidum esse, quàm ijs, quæ sunt ab igne calefacta.

Ex Posteriorib. Analyticis,

CAPVT II.

De tribus proprietatibus Principiorũ Demonstrationis.

PErtractatis ijs, quæ Demonstrationis definitionem ingrediebantur, tradit Aristoteles conditiones quasdam Principiorum Demõstrationis, potissimùm incomplexorum, hoc est terminorum, & horum ratione, & mediatè etiam complexorum.

Eæ autem tres sunt, nempe { Dici de omni, Per se, & Vniuersaliter.

Id autẽ ꝑdicatũ de omni dicitur, quod vtique est, non in quodam quidem, in quodam autem non, neq; quod aliquando quidem, aliquando verò non.

Hoc est, quod verè conuenit, non tantùm alicui inferiori aut denominato subiecti cõmunis, sed omni: neque solùm aliquando, sed semper. Sic animal dicitur de omni homine, similiter rationale, atq; risibile.

An autem oporteat subiectũ ipsum actu esse distributum, & vniuersaliter captum, ambiguum apparet: tamen veriùs videtur, non esse scilicet explicatu necessariam vniuersalitatẽ subiecti, quoniam nec temporis vniuersalitas in eis exprimi adsolet. Et ipse Aristoteles aliquando demonstrationis exempla adsignans, non ambabus vtitur vniuersalibus propositio-

ſitionibus, quum tamen ambas velit eſſe de omni.

Hinc colligendum eſt, Dici de omni in prioribus Analyticis deſcriptum, & id quod nunc tractatur, ſeſe habere ad inuicem, vt excedentia & exceſſa.

Quia verò ſunt demonſtrationes etiam negatiuæ, ideò ex hac deſcriptione eius, quod de omni dicitur, ſumenda eſt talis deſcriptio illius, quod in demonſtrationibus cenſetur dici de nullo.

De nullo dicitur, quod remouetur atque negatur, non à quodam quidem, à quodam autem nō, neque quod aliquando quidem, aliquando verò non.

Vt prædicata harum, Homo non eſt Elephas, Equus non eſt riſibilis, &c.

Explicaturus deinde ſecundam proprietatem principiorum, quòd prædicata principiorum debeant per ſe ineſſe ſubiectis, modos quatuor per ſe, recenſet.

PRIMVS MODVS
ſic reddi ſolet:

Per ſe ſunt, prædicata quæ in ratione ſunt, quid eſt, dicente.

Boëtij tranſlatio Græcum codicem ſequuta in hunc
„ modum habet: Per ſe autem ſunt, quæcunque ſunt
„ in eo quod quid eſt, quemadmodum triangulo
„ linea, & lineæ punctū ineſt. Subſtantia enim ipſorū
„ ex his eſt, & in ratione, quid eſt, dicente inſunt.

Accipienda eſt autem hæc poſterior particula vt prioris ſit expoſitiua. Nam ſubſtantiam trianguli eſſe ex lineis, & lineæ ex puncto, eatenus ſolùm verum eſt, quatenus eorum eſſentialis definitio ex illis conflatur, in obliquo vel recto expreſſis: tametſi

veteres nonnulli, quorum dicitur fuisse Plato, lineam ex punctis tanquàm partibus reuera cõstare sunt arbitrati.

Definitur autem apud Euclidem libro primo Triangulus, figura plana tribus lineis rectis contenta. Lineæ quoque hæc colligitur ex Prædicamentis definitio, quantitas cõtinua, cuius partes copulãtur per punctũ.

Secundo autem modo per se prædicata insunt subiectis, in quorum rationibus quòd quid est monstrantibus, subiecta collocantur.

Sic risibile per se inest homini, quia describunt, risibile esse hominem aptum ridere.

TERTIVS MODVS (qui non, vt cæteri, est per se prædicandi, sed per se existendi) hoc pacto ab Aristotele adsignatur.

Præterea id per se dicimus, quod non de subiecto alio dicitur.

Hoc est, illud per se est, quod non prædicatur de vllo subiecto, cui inhęreat, qualis est omnis substantia tam secunda quàm prima, vt patet ex Prædicamentis.

Quarto modo per se dicimus cuipiam conuenire, quod propter ipsum inest.

Hoc est, quod conuenit subiecto tanquàm caussæ determinatæ, vel certè caussam talem includenti. Quòd si probatorum autorum exemplis adhæreamus, fatendum nobis est, non omnes propositiones, quæ hoc modo per se sunt, esse de omni, vel ordinatas, vt manifestum est de istis, Aedificator ædificat, Musicus canit, Album videtur, Iugulatum interijt, si propter iugulationem

tionem ſequuta eſt mors.

Poſtremò vbi oſtendit Ariſtoteles, quid ſit dici de omni,& per ſe ineſſe, tradit, quid ſit vniuerſale, non quidem eo modo, quo loquimur apud Porphyrium de quinq; Vniuerſalibus, ſed vocat hîc Vniuerſale ſecundum quandam adæquationem & conuertibilitatem eius cum ſubiecto.

Eſt igitur vniuerſale, quòd cùm de omni ſit, & per ſe eſt, & ſecundū quod ipſum eſt.

Quid ſit dici de omni, priùs dictum eſt.

Per ſe autem intelligimus primo aut ſecundo modo: verùm ne quis fallatur, exiſtimans aliud eſſe per ſe, & ſecundum quod ipſum eſt, dicit textus, quòd illa duo eadem ſunt. Eſt enim (inquit Themiſtius) alterum alteri ita conſentaneum connexumque, vt ſeparari alterum ab altero non poſſit.

Dénique complet Ariſtoteles definitionem Vniuerſalis, adiectione huius particulæ (de quo vniuerſaliter & primò oſtenditur.)

Illud dicitur primò oſtendi, quod ſic de aliquo ſubiecto oſtenditur, vt non poſſit de alio priùs oſtendi, vt de homine primò oſtenditur riſibile & diſciplinæ capax, De animali, aptū eſſe ſentire, De corpore animato, viuere: ſecundario verò de eorum inferioribus, vt Riſibile, de Iohāne, Aptum ſentire, de homine, Et viuere, de animali.

Sed cur addit Ariſtoteles (de quolibet ſeu vniuerſaliter)? Reſponſio, ne quis fortè opinaretur, vnumquodq; dictorum priùs oſtendi poſſe de genere, quàm de ſpecie cum qua conuertitur, Vt riſibile priùs de animali quàm de homine, quia animal priùs eſt homine. Nam

etiamſi

etiamsi id cócederetur, tamen non oporteret ex eo sequi, quod risibile sit vniuersale comparatione animalis, quia non de quolibet ostenditur.

Ex Posteriorib. Analyticis,

CAP. III. ET VLTIMVM.

His iam declaratis addendum prætereà putauimus ex Aristotele demonstrationem largiùs captam in demonstrationem propter quid, quam priùs definiuimus, & quia est, diduci: quæ rursus duplex constituitur, Vna quæ procedit ab effectu ad caussam, vt,

Quæcunque non scintillant propè sunt,
Planetæ non scintillant, igitur
Planetæ propè sunt.

„ Hæc enim demonstratio (inquit Aristoteles) non
„ propter quid est, sed quia: nam non ex eo, quia non
„ scintillant, propè sunt, sed quia propè sunt, non
„ scintillant.
„ Si autem sic fiat demonstratio:

„ Quæcunque propè sunt, non scintillant,
„ Planetæ propè sunt, ergo
„ Non scintillant,

„ erit propter quid: accepta enim est pro medio caussa prima.
„ Et item in hac:

„ Omne quod suscipit incrementa luminis rotunda est circularis figuræ,
„ Luna est huiusmodi igitur
„ Luna est circularis figuræ,

„ quæ est demonstratio quia. Econuersò autem posi-
„ to medio, erit propter quid Non enim luna prop-
„ ter ipsius incrementa circularis est, sed quia circu-
„ laris, huiusmodi recipit incrementa.

Altera dicitur demóstratio, quia est, quę effectū demonstrat

monstrat per caussam, sed non adæquatam, vt,

Omne respirans est animal,
Nullus paries est animal, ergo
Nullus paries respirat.

Nam esse animal, non est adęquata caussa respirationis, sed transcendens seu communior effectu.

Aduerte, quòd quemadmodùm demonstratio propter quid, potissimùm fit in prima figura, estque adfirmatiua, ita demonstratio quia est, promiscuè fit in quauis figura, estque cuiusuis qualitatis.

Post hæc duplicem ignorationem scientiæ opponi docet Philosophus, Alteram purę negationis, quæ nihil est aliud, quàm scientiæ negatio, Alteram, quam vocat prauæ dispositionis: sicque eam describit:

Ignorantia, non secundũ negationem, sed secundum dispositionem dicta, est per syllogismum facta deceptio.

Intellige, aut saltèm nata per syllógismũ fieri: quamuis enim scientia propriè dicta dúntaxat fiat per syllogismum, fit tamen ignorantia ei contraria, etiam per alias argumentationis species, imò sine omni argumentatione. Veluti cùm quis hanc veram esse credit, Nullus homo est risibilis, vel hanc, Aliquis homo non est risibilis.

Post prædicta etiam quædam de Solertia adiecit Aristoteles, quòd ea nónunquàm in demonstrationibus habeat locum, sic eam describens:

Solertia est coniectatio quædam medij in non perspecto tempore.

Hoc est, est habitus quidã cõiectandi seu inueniẽdi medij syllogistici, ĩbreuissimo ac ĩperceptibili tẽpore,

& absque

& absque magna mora. Eos enim, qui longa temporis mora pro medij inuentione egent, non solemus solertes appellare.

„ Solertiæ exemplum adsignat Aristoteles, veluti in-
„ quit, Si quis vidés lunam ex ea parte qua solem spe-
„ ctat, lucidam, statim coniectet propterea id ipsum
„ esse, quòd à sole illustretur. Ex quo medio inuéto fiet syllogismus, vnũ extremũ de altero per caussam intermediam concludens, hoc modo:

Quicquid à sole illustratur ex ea parte qua solem spectat, est lucidum.

Luna autem à sole illustratur, ergo

Luna ex ea parte qua solem spectat, est lucida.

Non multò post, quatuor quæstiones tradidit, quæ de rebus interrogari possunt:

Quarũ hic est ordo:
- Si est, vel latiniùs An est.
- Quid est,
- Quia est, seu Quòd est.
- Propter quid.

Priores duæ simplices sunt. Fiunt enim de re sumpta cum verbo (est) secundo adiacente, vt, An homo sit, & Quid homo sit.

Duæ posteriores vocantur complexæ. Plura enim complectuntur, nimirum subiectum & præterea prædicatum quoq; distinctum à verbo, est, vt, An homo sit risibilis, Quare homo sit risibilis.

Hoc tamen monendum apparet, tertiam, quam diximus, quæstionem, non tam interrogationem videri quam adseuerationem, Græcè ὅτι ἔστι, Latinè, Quia est vel potiùs Quòd est, seu Quòd res sit talis, quãtus per quæstionẽ proponi possit, An res sit talis? seu, An prædicatum insit subiecto?

Has quæstiones, in quem finem atque vsum adduxerit Aristoteles, priùs in argumento Posteriorum Ἀναλυτικῶν indicauimus.

Ad

Ad illarum quoque explicationem maiorem nonnulla sunt dicta superiùs, vbi methodū themata simplicia explicandi tradidimus.

Ad hæc addimus, per quatuor caussarum genera demonstrationes fieri. Id autem manifestum fiet his exemplis Aristotelicis:

„ Omnis medietas duorum angulorum recto-
„ rum est recta,
„ Sed angulus in semicirculo cōstitutus, est me-
„ dietas duorum angulorū rectorū, igitur
„ Angulus in semicirculo est rectus.

„ Atque medium hîc materia. Idcirco enim angulus
„ in semicirculo descriptus rectus est, quia medium
„ duorum rectorum est.

Cùm autem definitio essentialis formam indicet, manifestum est per formam demonstrari posse. Definitionem enim frequenter esse demōstrationis mediū, est notissimum.

„ Ampliùs: Quicunque priùs in alios irruerunt, iustè debellantur,
„ Sed Athenienses priùs in alios irruerunt, puta
„ Sardos,
„ Iustè igitur debellantur.

„ Idcirco enim iustè bello vexantur, quia priùs in ali-
„ os irruerunt. Hîc verò medium efficiens est.

„ Insuper: Quicquid facit non supereminere cibum
„ in ore stomachi, est sanatiuum,
„ Ambulatio verò post cœnam facit nō super-
„ eminere cibum in ore stomachi, igitur
„ Ambulatio post cœnam est sanatiua.

„ Atque hic rursus est medium efficiens.

„ Commutatis autem terminis hoc modo:
„ Omne quod est sanatiuum, facit non eminere
„ cibum in ore stomachi,
„ Ambulatio autē post cœnā sanatiua est, igitur
„ Facit non eminere cibum in ore stomachi.

„ Medium

„ Medium caussa finalis erit.

Postremò egregiam mouet Aristoteles de principiorum cognitione quæstionē, quàm breuiter soluemus. Quæstio autem est, quomodò principiorum notitia in nobis fiat? In qua dissident à Platonicis Peripatetici. Illi enim arbitrabantur ab ipso ortu inditos nobis esse habitus cognitiuos principiorum & conclusionum: eos tamen nos latere, neque à nobis posse deprehendi inesse, nisi studio adhibito. Hinc quoque adfirmabant, omnem nostram scientiam esse reminiscentiam. Contrà, Peripatetici existimabant ab ortu animam rationalem nudam esse habitu omni, & se perinde habere, atque tabulam rasam, in qua nihil est depictum, & in nobis iam adultis per inuentionem aut doctrinam adgenerari habitus cognitiuos principiorū & conclusionum, frequēti actuum iteratione, quemadmodùm & virtutes. Et pro absurdo habebant, in nobis vllum inesse habitum, quem non facilè queamus deprehendere nobis inesse.

Pro solutione autem quęstionis dicit Aristoteles, neque habitus seu notitias principiorum inesse à natura, neque ab alijs habitibus notioribus fieri, sed à sensu. E[t] addit, quòd habitus seu notitia principiorum dicatu[r] νοῦς, Latini vocant intellectum: Habitus verò seu notitia conclusionis ἐπιστήμη, seu scientia.

Quæ de definitione Aristoteles in Posterioribus refert, nos bona ex parte post Categorias priùs tradidimus. Reliqua quæ plura Libri Posteriorum Ἀναλυτικῶν habent, vt ex argumento à nobis præmisso cognoscere licet, viua vox in ipso Aristotele enucleatur est. Quæ recensuimus, rudioribus discipulis nostris satisfactura pro tempore arbitramur.

VSVS dictorum.

Quæ tertia huius quarti libri parte hactenus recensuimus, eò spectant, vt meliùs intelligatur demonstratio, cui[us]

tio, cuius longè maxima est vtilitas Vt enim taceam, quòd summum sit artis logicæ bonum, quandoquidē summum locum inter omnes argumentationis species iure obtinet: parens etiam est, quæ nobis scientias, quibus mundus inferior nihil præstantius, nihil admirabilius, nihil homine dignius habet, tanquàm diuinam quādam sobolem peperit. Quamobrem suprà quoque definita demonstratio est, syllogismus, qui rei scientiam efficit ac parit.

LIBRI QVARTI EX QVATVOR LIBRIS ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ARISTOTELIS FINIS.

Sequitur Liber
Quintus.

LIBER QVINTVS

EX TOPICIS ARISTOTELIS.

CVM Dialectica duabus partibus, Inuentione & Iudicio conſtet, & vtcũque abſoluta ſit præcedenti libro argumentandi ratio, quæ ad Iudicium pertinet: reliquum eſt, nũc de Inuentione quæ locos tradit & à Græcis τοπικὴ dicitur vt agamus. Nolim tamen vulgato errore deceptum quempiam arbitrari, hanc ſcientiam nihil præter materiæ inuentionem exhibituram Dialectico, nihilq́ue prorſus iudicij illi allaturã eſſe, quum ſit certum, neque hanc neque aliam vllam ferè Logices eſſe partem, quę non ſimul contineat, lectoribuſq́; aliquo modo proponat, & ea quæ ad inuentionem pertinent, & quæ ad iudicium: quanuis id iudicij non ſemper circa partium argumentationis iuncturam connexionemq́ue feratur. Id quod apertiſſimè Boëtius adſeuerat in commentarijs, quos in Ciceronis ad Trebatium Topica ſcripſit. Quin & res ipſa hoc facit notiſſimum. In Analyticis enim quarto iam libro ex Ariſtotele per nos traditis (de quibus dubitat nemo, quin ad iudicium ſpectent) pręcepta exhibentur, atq́; regulæ quędam inueniendi medij ſyllogiſtici, quod ad inuentionem palàm eſt attinere.

In hac quoque Topica arte, quam conſtat ad Inuentionem pertinere, non ſolùm illa proponũtur, quibus cognitis probabilia argumenta ad vnamquanque propoſitam quæſtionem, facilè inueniamus, ſed & quædã vniuerſales propoſitiones, & Maximę ſeu Regulę certiſſimę traduntur, ſecundum quas Dialecticos cõſtruamus ſyllogiſmos, & ſimul de Dialectici ſyllogiſmi partibus, tum remotis, tum propinquis, earumq́; ordine iudicemus. Sed nunc quę ſit materia Topicorũ

breuiter ostendamus.

Topices materiam plerique esse existimant, syllogismum dialecticum. Quorum sententiæ consonat Philosoph^s aperte in primi Topicorũ initio, dũ sic habet.
„ Primùm igitur dicendum est, quid syllogismus, &
„ quæ eius differentiæ, quatenus sumatur dialecticus
„ syllogismus: hunc enim quærimus secundum propositum negotium.

CAPVT I.

Quod determinãdũ sibi Aristoteles initiò proponit, statim in prima hac Τοπικῶν parte exequitur, principiò recensens syllogismi definitioné hãc:

* *Syllogismus est oratio, in qua positis quibusdam aliquid aliud à positis ex necessitate accidit, per ea quæ posita sunt.*

Quæ explicanda erit vt ea, quam in præcedenti libro declarauimus: Nodum in scirpo quæritant, qui hanc definitionem ab illa distinguere nituntur.

VSVS.

In eum vsum ac finem repetita hęc syllogismi definitio est, quod de quadã illius diuisione in subsequentibus vtilis omninò & necessarius habendus sit sermo, quodq́; ex hac syllogismi finitione pendeat, vter litigiosorũ syllogismorũ videatur esse syllogismus, & reuera syllogismus sit: & vter videatur, non autem sit.

Syllogismorum alius
- *Demonstratiuus*
- *Dialecticus.*
- *Litigiosus*
- *Falsigraphus.*

Finitio

FINITIO
Demonstrationis.

* *Demonstratio est, quando ex primis & veris syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima et vera eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principiũ sumpserunt.*

Hoc est, Demonstratio generaliter dicta est syllogismus ex præmissis necessariis & indemõstrabilibus, aut ex talibus, quæ probari possunt per propositiones primò veras, siue immediatè id fieri possit, siue non, nihil enim hoc refert. Nam hic syllogismus,

Omnis homo est particeps sensus,
Socrates est homo, ergo
Socrates est particeps sensus,

sub posteriori hac parte continetur: cuius tamen maior non potest probari immediatè per primò verã, sed mediatè probatur per hanc, Omne animal est particeps sensus, quæ rursus ꝑ hãc probatur, Oẽ corpꝰ aïatũ sensibile est ꝑticeps sensus, q̃ est ĩmediata & prĩò vera. Sub ista definitione continetur omnis demõstratio, tam propter quid, quàm quia est.

PROPTER quid dicitur, quæ ostendit per adæquatam caussam.

QVIA EST verò, quæ aut per effectum, aut per nõ adæquatam caussam ostendit. De quibus plura diximus in parte vltima libri quarti præcedentis.

FINITIO
Dialectici syllogismi.

* *Dialecticus syllogismus est, qui ex*

probabilibus est syllogizatus. vt,

Omnis mater diligit filium,
Maria est mater, ergo
Maria diligit filium.

Porrò quia demonstratio dicta est constare ex primis & veris, Dialecticus autem syllogismus ex probabilibus, Idcirco statim subijcit Aristoteles:

** Sunt autem prima & vera, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent.*

Vt, Contradictoriæ nō possunt simul esse verę, nec simul falsę. Omne aīal rationale est capax disciplinę.

** Probabilia sunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his aut omnibus, aut pluribus, vel maximè probatis.*

Aut (vt habet Boëtiana versio) vel maximè familiaribus & probatis. Græcè enim legitur ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις καὶ ἐνδόξοις.

Definitum accipitur pro propositionibus verisimilibus. EA DICVNTVR VIDERI, quibus noster intellectus debiliter, seu cum formidine de opposito adsentitur. Et hinc exclusa sunt omnia demonstrationum principia, simul & conclusiones, quibus non adsentimur cum formidine de opposito, sed firmiter & euidenter.

Porrò, sequens huius finitionis particula (omnibus aut pluribus, &c.) multiplicitatem ac varietatem probabilium explicat. Sunt etenim probabilium quędam, quæ omnibus videntur & doctis & indoctis, seu vulgaribus.

garibus. Dictio enim (omnibus) non solùm ad vulgares indoctos rudesque referenda est. Eiusmodi sunt, Matrem suum filium diligere, Fratres mutuum amare, Figulum odisse figulum, Benefacienti rependēdum esse beneficium, &c.

Alia sunt, quæ non omnibus videntur, sed pluribus, id est, multis seu maiori hominū parti & eruditorum & ineruditorum. vt sunt, Parandas esse opes, Honores expetēdos esse, Præstare rempublicam ab vno, quàm à pluribus principibus regi.

Alia sunt, quæ duntaxat sapientibus videntur. Atque horum quædam omnibus videntur sapientibus, vt, Cœlum hæc inferiora gubernare, Meliorem esse opibus eruditionem, Melius esse iniuriam pati, quàm inferre, Præstare nomen bonum, quàm multas habere diuitias.

Alia non omnibus sed pluribus solùm apparent, vt, Virtutem maximè expetendam esse, Felicitatem in virtutis perfectissima operatione consistere.

Vltimo ac postremo loco sunt ea, quę solùm videntur maximè probatis seu sapientissimis in aliqua disciplina, vt sunt, Non plures esse deos, Deum liberè non autem ex necessitate agere.

F I N I T I O
Syllogismi Litigiosi.

Litigiosus syllogismus aliàs appellatur syllogismus sophisticus, cuius ex Aristotele quidam duas faciunt definitiones, vulgò tamē vnā duntaxat faciunt hanc:

* *Litigiosus autem est syllogismus ex his, quæ videntur probabilia, non sunt autem: & qui ex probabilibus, aut ex*

his quæ videntur probabilia, est apparens.

Sub primo membro continetur litigiosus peccans in materia tantùm, qui tamen est bonus secundum formam, vt iste:

Nulla opposita sunt simul vera,
Subcontraria sunt opposita, ergo
Subcontraria non sunt simul vera.

Quicquid non perdidisti, habes,
Cornua non perdidisti,
Habes igitur cornua.

Sub secundo membro continentur syllogismi peccãtes in forma tantùm, vt:

Aliqua opposita sunt simul vera.
Contradictoria sunt opposita, ergo
Contradictoria sunt simul vera.

Quod ego sum, tu non es,
Ego sum homo, ergo
Tu non es homo.

Sub tertio membro continentur syllogismi peccantes in materia & forma simul, vt,

Nulla opposita sunt simul vera,
Quædam subcontraria sunt opposita, ergo
Nulla subcontraria sunt simul vera.

FINITIO
Syllogismi Falsigraphi.

** Syllogismus falsigraphus est, qui ex proprijs alicuius disciplinæ prĩcipijs nõ veris syllogizat. vt:*

Omnes lineæ ab eodem puncto ductæ ad
eundem punctum, sunt æquales,

Sed

Sed linea recta & linea curua ductæ sunt ab eodem puncto ad idem punctum, ergo
Linea recta & linea curua sunt æquales.

Quolibet numero quàlibet magno alius maior esse potest,
At numerus infinitus est numerus, ergo
Numero infinito potest alius esse maior.

Definitum Syllogismus falsigraphus ex scientijs Mathematicis, & pręcipuè ex ipsa Geometria nūcupationē apparet desumpsisse: in qua si falsa descriptio principiorū per syllogismū designetur, ab ea dicitur falsigraphus syllogismus.

Particula (proprijs principijs) falsigraphum separat à dialectico syllogismo & litigioso.

Postrema autem huius finitionis parte (non veris) separatur falsigraphus syllogismus à demōstratiuo: qui licèt materia & remota & propinqua, hoc est, eodem principio participent, alia tamen atq; alia ratione eo vtuntur: Demōstratiuus quidē, tanquam vero certissimeq; cognito: Falsigraphus autē, in eo sensu, in quo falsum esse ipsum necesse est, quanquàm id seu verum accipit syllogizans ob quandā animi aut inanimaduertentiam aut leuitatem aut temeritatem, non perspecta falsitatis caussa atque radice.

Est itaque syllogismus falsigraphus, cuius mētio hoc in loco agitur, qui ex principijs alicui' disciplinę proprijs falsis, syllogisticè cōclusionē falsam colligit. Ad quē reuocāda est omnis reliqua vitiosa demōstratio.

VSVS
dictæ diuisionis syllogismi.

Operæprecium est materiam syllogismi diligenter expendere. Nam alia est materia necessaria, alia probabilis, alia falsa seu palam seu veri speciē habens. Indè extitit hæc diuisio syllogismorum. Sed speciatim de singulis membris dicamus, omissa tamen demonstratione, cuius vsum alibi diximus.

VSVS
Dialectici syllogismi.

Post demonstrationem, quæ certissima veri indagatrix ad rei veritatem scrutandam & inueniendam cū primis efficax est, syllogismus Dialecticus secundas iure obtinet, minorem quidem & debiliorem, sed tamen non paruam vim adferens ad eiusdem veritatis inquisitionem. Et quemadmodum propterea demonstratio mater scientiarum dicitur, quòd scientię nihil sint aliud, quàm habitus conclusionum elicitarum ex præmissis demonstratiuis, quæ scientificæ sunt: ita quoque syllogismus Dialecticus parens verarum opinionum rectè appellabitur.

Quandoquidem opiniones veræ, habitus sunt conclusionum ex præmissis Dialecticis, quæ, vt earum est scopus præcipuus, opinionem adgenerant.

Huius próinde ratione syllogismus iste ad exercitationes Scholasticas seu disputationes quæ in ludis literarijs excolendi acuendique ingenij gratia suscipiuntur, item ad obuiandum aduersarijs, & Sophistas coarguendos & confutandos potissimùm valet. Nam & qui sese exercent, & qui alijs obuiant, nihil agunt aliud, quàm vt de Themate, quod probandum vel confutandum proponitur, opinionem auditori ingenerent ex probabilibus.

VSVS
Litigiosi & Falsigraphi.

Qui vim propriumque horum syllogismorum effectum (deceptionem nimirum & ignorantiam pro scientia sese venditantē progignere) animi oculis intuebitur, indubiè ipsos prorsum inutiles iudicaturus est. Verùm simulatque cogitabit ita natura comparatum esse, vt falsum sub veri specie plerunque obrepat, horū syllogismorum notitiam magnoperè sibi profuturam intelliget. Quemadmodum enim illi, qui noctu in te-

nebris ambulant, ignorantes quibus in locis terrę, sint hiatus aliqui, sępissimè cadunt in foueas: contrà, qui soli naturam exploratam habent, cauere sibi quò minùs labantur, possunt: ita quoque verisimile est eos, qui deceptiones ac imposturas nesciũt, circumueniri: qui verò sciunt, falli non posse.

Ergo eatenùs nobis vtiles sunt nothi isti, & adulterini syllogismi, quatenus cognita ipsorum natura, non patiamur nobis à Sophistis & cauillatoribus, qui ijs frequẽter vti solẽt, adeò imponi, vt falsum pro vero, aut verum pro falso apprehendamus.

Quin & hoc vsu venire videmus, vt vnum oppositorum ex altero innotescat. Quare penitiùs introspecturus est germani syllogismi naturam, qui spurios iam cognouerit: rectiusque Demonstrationem, cognito ei opposito Falsigrapho, & Dialecticum syllogismum, natura Litigiosi perspecta, est intellecturus.

CAPVT II.

Consiterata syllogismi Dialectici natura per definitionẽ atq; ex collatione ad alias syllogismi species, tradit déinde Aristoteles principia Dialectici syllogismi materialia.

Quæ sunt duplicia
- Remota, & sunt 4. prædicata
  - Terminus
  - Proprium
  - Genus
  - Accidens.
- Propinqua, & sunt
  - Propositio Dialectica & Problema Dialecticum.

Quatuor quæ diximus prædicata, partes sunt non modò Dialecticorum syllogismorum, sed & propositionum huiusmodi & problematum, non quòd ex illis solis constituantur propositiones & problemata

Dialecti-

dialectica, quia ex alijs quoque subinde conflatur. Verùm quòd vt plurimùm ex ijs constent, tanquàm ex præcipuis sui partibus.

Est autem prædicatum, prout huic loco congruit eius acceptio, à recentioribus sic descriptum:

Prædicatum est terminus communis siue cõplexus siue incomplexus, qui prædicatur de aliquo in Dialectica propositione aut Problemate.

Distribuitur autem in Terminum, Proprium, Genus & Accidens.

* *Terminus est oratio, quid est esse, significans.*

Definitũ (terminus) accipitur pro definitione essentiali, metaphora sumpta ab agrorum terminis. Nam si quempiam ambigere contingat de re aliqua, quid ipsa sit, reddita finitione terminatur atque finitur ea dubitatio, quemadmodum Terminus:

Et Populos, vrbesque, & regna ingentia finit.

Definitio autem hunc habet sensum. Terminus est oratio imperfecta rei substantiam explicans.

Vt, animal rationale.

Cicero in Topicis ita habet: Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit.

* *Proprium est, quod non indicat, quid est esse, soli autem inest, & conuersim prædicatur de re.*

Hoc est, Propriũ simpliciter & absolutè dictũ, est prædicatũ, quod nõ explicat rei substantiã, soli autẽ inhæret, &

ret,& cõuersim prędicatur de subiecto, cuius est. Vt, propriũ est hominis esse Grãmaticæ susceptiuum, esse admiratiuum,&c.

Diximus proprium simpliciter & absolutè dictum. Nam Aristoteles tres hoc loco proponit Proprij acceptiones. Aliud enim vocatur propriũ simpliciter, quod nũc est definitũ, Aliud Proprium ad aliquid. Id autẽ est, quod sic alicui accidit, vt non alteri, ad quod illius sit comparatio.

Huiusmodi Propriũ duplex est. Nã quoddã est, quod alicui accidit speciei, non autẽ omni illius indiuiduo. Vt, medicũ esse, ad hominẽ, cui cõpetit ratione Hyppocratis, Galeni, alteriusúe comparati ad alium medicina carentem.

Alterũ est, quod alicui speciei, & omni accidit, nõ autẽ soli: quę quidẽ species ad aliud refertur, cui idipsum nõ cõuenit, quemadmodũ bipes propriũ est homini, collato ad equũ, canẽ, cęteraq; animalia quadrupedia.

Horum propriorũ illud à Porphyrio dicitur esse proprium primo modo, hoc verò secundo, quanquàm ratione nonnihil videantur dissidere.

Tertiò aliquid Propriũ aliquando vocatur. In hac significatione canescere, pubescere, homini ꝓpria sunt, Itẽ & à dextris esse, si oĩs atq; solus homo à dextris sit.

Hæc propria palàm est pertinere ad propria tertio modo, de quibus à Porphyrio in Prædicabilibus est determinatum.

* *Genus est, quod de pluribus et differẽtibus specie, in eo quod quid ẽ ꝑdicatur.*

Hæc Generis finitio penè eo explicanda est modo, quo in Porphyriana Isagoge.

Accidentis duas Aristoteles definitiones adsignat.

PRIOR EST.

* *Accidens est, quod nihil horum*

est, neque

est, neq; definitio, neq; proprium, neque genus: inest autem rei.

POSTERIOR.

* *Accidens est, quod contingit cuilibet eidem inesse & non inesse.*

Hę duę Accidẽtis descriptiones, vicinę sunt duab' postremis Porphyrianis, ad eũdẽ ferè modũ explicandę.

Quoniã autẽ in cõtextu, quo Terminũ seu definitionem tradit Aristoteles, de Eodem & Diuerso quędam disputarat, quod & posteà quoque fecit, agens de Genere: idcirco modorum Eiusdem subiunxit tractationem apprimè vtilem.

Videbitur (inquit) *Idem tripliciter diuidi,* { *Aut Numero* / *Aut Specie* / *Aut Genere.* }

* *Numero eadem sunt, quorum nomina plura, res autem vna.*

Vt. tunica & vestis. Tullius & Cicero.

* *Specie eadem, quæ cùm sint plura, indifferentia sunt secundum speciem.*

Vt, Socrates & Plato.

* *Genere eadẽ dicuntur, quæcunq; sub eodẽ sunt genere.* Vt, homo & equus.

Eadem numero solẽt triplicia facere. { Eadem numero Definitione. / Eadem numero Proprio. / Eadem numero Accidente. }

Eadem

EADEM NVMERO DEFINITIONE sunt, definitio & definitum, vel definitiones diuersæ eiusdẽ definiti: Vt, animal rationale & homo. Item compositum ex materia prima & anima rationali, & animal rationale: quæ, quũ sint eiusdẽ rei, vtpote hominis, definitiones, sunt eadem numero definitione.

EADEM NVMERO PROPRIO, dicuntur propria eiusdem subiecti, vel propriũ & suum subiectum. Vt, risibile & flebile. Item risibile & Homo.

EADEM NVMERO ACCIDENTE, sunt accidẽtia eiusdem subiecti, vel accidens & suum subiectum.

Ex dictis nunc modis Eiusdem, non difficilè fuerit Diuersitatis modos colligere.

DIVERSA NVMERO, sunt diuersa indiuidua sub eadẽ specie prędicabili cõtenta. Vt, Iohãnes & Petrus.

Generaliter verò NVMERO DIFFERENTIA sunt, quæcunque diuersum constituunt numerum.

DIVERSA SPECIE, sunt plura indiuidua, sub diuersis speciebus prædicabilibus contenta, vel diuersæ prædicabiles species, vel vna species, & alterius speciei indiuiduum. Vt Bucephalus & Alexander, homo & equus, Iohannes & equus.

DIVERSA GENERE, sunt diuersorum generũ indiuidua, aut species contentæ sub diuersis generibus, vel etiam ipsa genera diuersa.

Hactenùs de quatuor Prædicatis, quorum cõuenientia & differentia sic adsignatur per modos prędicandi.

Omnia prædicata prædicari apta sunt,

Idq;
- Conuersim
  - & essentialiter, vt, Terminus. Ὅρος.
  - & accidentaliter, vt, Proprium. Ἴδιον.
- Nõ cõuersim
  - & essentialiter, vt, Genus. Γένος.
  - & accidẽtaliter, vt, Accidens. Συμβεβηκός.

VSVS

VSVS dictorum.

Prædicata eò tradit Aristoteles, vt materiam, ex qua Dialecticus syllogismus constat, cognosceremus. Tractatio autem de Eodem, rerum conuenientijs & differentijs cognoscendis seruit, & ad multas definitiones conducit, præsertim Prædicabilium apud Porphyrium meliùs intelligendas.

CAPVT III.

TRadita materia remota dialectici syllogismi, quæ propinqua materia est propositionis dialecticæ, & problematis dialectici, quid propositio dialectica sit, & quid problema dicendum.

* *Propositio Dialectica, est interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè notis, nō extranea.*

Prima huius finitionis pars (interrogatio) idem pollet, quod propositio interrogata simplici interrogatione, id est, sub altera dúntaxat cōtradictionis parte.
,, Dialectica nanque propositio, primò ei qui interro-
,, gat, est interrogatio. Déinde syllogizanti sumptio
,, est apparentis & probabilis.

Adiectum est (simplici interrogatione) ad excludendū dialecticū problema, quod ad sui rationē perfectā, duplicem exigit interrogationem.

Dictio sequens (probabilis) reijcit ab hac finitione apertè vera & falsa, vbi cōplures, probabile, sumunt, eo quo priùs descriptū est modo, adseuerantes hanc esse rectā propositionis dialecticæ finitionē, interrogatio probabilis nō extranea: reliqua autē quæ finitione hac cōprehendūtur, solū adiecta esse maioris explicationis caussa

caussa, vtpote quę indicent tot propositionũ dialecticarum esse genera, quot sunt probabilium.

Porrò, vltima huius finitionis pars (non extranea) (cuius loco habet Boëtiana translatio non inopinabilis. Nã Græcè legitur καὶ μὴ παράδοξος) dialecticã propositionem à positione separat,

**Problema dialecticũ est speculatio, cõtendẽs vel ad electionẽ & fugam, vel ad veritatẽ & scientiam, aut per se, aut vt adminiculãs ad aliquid aliud huiusmodi, de quo aut neutro modo opinantur, aut cõtrariè pleriq; sapiẽtibus, aut plerisq; sapiẽtes, aut pleriq; plerisq;, aut sapientes sapientibus.*

Prima definitionis pars (speculatio) (si Aphrodisiensi credimus) pro quęstione seu quęsito posita est. Etenim speculari (inquit) pro quęrere mos eius est dicere.

Pars sequens (contendens) .i conferens, seu cuius cognitio est vtilis ad electionẽ boni, & fugã mali, intellige moralis. Nam problemata, quę sub hac parte continentur, moralia sunt, vt, vtrum voluptas sit summũ bonum, an non?

Illud autẽ est quęstione dignũ, de quo hoĩes sani iudicij dubitãt, vel cõtraria sentiũt: exempla sunt, Vtrũ virtutes sint connexæ, an nõ? Vtrũ decẽ sint Prædicaméta an nõ? Vtrũ sol sit exiguæ magnitudinis, an nõ? Vtrum sol sit maior tota terra, an non?

Adijcit his Aristotelis Positionis definitionem:

** Positio est opinio extranea alicuius*

notorum

notorum ſecundum philoſophiam.

Id eſt, Poſitio eſt propoſitio dubia, quam opinatur aliquis in Philoſophia clarus cōtra opinionē reliquorum, quæ ſub vtraque cōtradictionis parte interrogatur, vt, Vtrum omnia cōtinuò fluant & mutentur, ſicut dixit Heraclitus, an non? vtrum omnia ſint vnum ens, quēadmodum Meliſſus adſeruit, an non?

VSVS
dictorum.

In eum finem atque vſum tradit Ariſtoteles Dialecticæ propoſitionis & problematis notitiam, quia principia ſunt materialia propinqua ſyllogiſmi Dialectici. Propoſitio enim Dialectica antecedentis obtinet vicem, problema verò conſequentis, vt Ariſtoteles his indicat verbis: Fiunt enim orationes (ſeu argumentationes) ex propoſitionibus: de quibus autem ſyllogiſmi fiunt, problemata ſunt. Cæterùm, Poſitio ideo tractata eſt, quòd problematis Dialectici ſpecies quædam exiſtat, quod idem ille ſic declarat. Eſt (inquit) omnis quidem poſitio problema, non autem omne problema poſitio, eò quòd problemata talia ſint, de quibus neutro modo opinamur.

CAPVT IIII. & VLTIMVM
prioris partis τοπικῶν.

POſt conſiderationem terminorum atque propoſitionum, ex quibus conflatur Dialecticus ſyllogiſmus, & omnis argumentatio Dialectica, addit Ariſtoteles non ſolùm ſyllogiſmum, ſed & Inductionem argumentationem dialecticam eſſe.

Definit

Definit autem Inductionem hoc pacto:

** Inductio est à singularibus ad vniuersalia progreßio.*

Hoc est. Inductio est argumentatio bona, procedens à singularibus ad vniuersale distributum: Vt,

Gubernator eruditus est optimus, &
Auriga eruditus est optimus, ergo
In omni facultate, quicunque est eruditus, is est optimus.

Nonnulli etiam Inductionem vocant eam argumētationem, qua ex pluribus particularibus aliud mōstratur particulare, sed ea propriè exemplū nuncupatur.

Duę autē sunt Inductionis species { Altera enim est perfecta, Altera verò imperfecta.

PERFECTAM vocamus, in qua omnia singularia enumerantur.

IMPERFECTAM verò, in qua non omnia enumerantur, sed aliqua dūtaxat.

Diuiditur autē vtraq; Inductio in { Adfirmatiuam, & Negatiuam.

Et rursus { In eam, quæ fit enumeratis singularibus in subiecto antecedentis. Et eam, quæ fit enumeratis singularibus in prædicato antecedentis.

Exemplum prioris partis est:

Hic ignis est calidus, &
Ille ignis est calidus, ergo
Omnis ignis est calidus.

Nã singularia, in subiecto collocãtur, Posterioris, vt
Socrates est prudens & modestus & temperans
& sic de cæteris,
ergo est omni virtute præditus.
Post hæc ponit Aristoteles hanc differentiam, inter Inductionẽ & Syllogismũ, intellige non inductiuum.
Inductio est verisimilior, clarior, & ad sensum notior, id est, antecedens inductionis est nobis verisimilius, clarius, & ad sensum notius, quàm antecedens syllogismi.
Syllogismus autem est valentior, & ad concludendum efficacior.

VSVS
Inductionis.

Vsum Inductionis in quarto libro satis diximus.
Hæc de prima parte τοπικῶν, qua Syllogismi Dialectici natura eiusque partes tum Remotæ tum propinquæ sunt declaratæ. Nunc de locis agendum est.

LIBRI QVINTI

PARS SECVNDA

De Locis Dialecticis.

LOCOS Dialecticos, ex quibus omnis generis argumentãdi materia petenda eſt, conſultò cum Ariſtotele diſtulimus hactenus, eos deinceps tractaturi, ſed admodùm breuiter, nõ ſolum ne immodicè nobis ſub manibus opus creſcat, quod iam videmus iuſtã propemodum exceſſiſſe magnitudinem, dum omnia diligenter diſtinguere titulis, tabulis, literarumq́ elegantium varietate ſtudemꝰ, vt plus lucis & gratiæ adſit preceptis: verumetiam ob eam cauſſam breuiores erimus in locis argumentorum tractandis, quia extant Rodolphi Agricolæ (viri profectò nunquàm ſatis laudati, etiam à laudatiſſimis viris Hermolao Barbaro, & Eraſmo Roterodamo) libri de Inuentione Dialectica, adeò accuratè copioſeq́; ſcripti, vt eruditorũ iudicio longè vincant omnes in hoc genere tum Græcos tum Latinos.

Quare hìc contrahemus locos in exiguum compendium, & tanquàm in tabula ſpectandos proponemus, vt ſine magno negotio percipere oculis omnes & cõplecti animo adoleſcentes poſſint.

Cùm autem hanc quaſi negotij ſummam cognouerint, magnoperè conducet legere Agricolam, qui nihil huius rei inexcuſſum reliquit.

Ariſtoteles autem, quẽ maximè velim omnibus ſtudioſis in manibus eſſe, hac in parte confuſior videtur, vt ſolent primi rerum inuentores minùs ordinatè res ſingulas locis ſuis cõſtituere, qđ à poſteriorũ diligẽtia

 eſt ex-

est expectandum. Vt enim res ipsas primùm inuenire maximum est & difficillimum: ita post inuentionem non adeò magni est negotij, inuentas in ordinem redigere.

Quanquàm igitur hactenus Aristotelis ordinem sedulò sumus insecuti, hac tamen in parte ab Aristotelis comentatoribus Themistio atque Boëtio ordinem mutuare maluimus.

Priusquàm verò ad locos argumentorum monstrandos transeamus, quid locus sit, & quomodò diuidatur, edisseramus.

CAPVT I.

De Loco & eius diuisionibus.

LOcus vulgò finitur esse sedes argumēti. Argumentum autem in Topicis Ciceronis dicitur ratio rei dubiæ faciens fidem, ab arguendo dictum, quòd videlicet rem arguat, hoc est, probet. Nam arguere veteres etiā ostendere dixerūt. Hinc illud Vergilij:

Degeneres animos timor arguit.

Differt autem ab argumentatione, quæ est argumenti per orationem explicatio. Sed differentia sæpè confunditur, cùm & docti dicant argumentorum species pro formis argumentationum.

Duplex ab autorib' locus distinguitur. { Locus Maxima & Locus, qui est differentia Maximę.

LOCVS MAXIMA appellatur vniuersalis quędam propositio per se nota, ex qua sumitur argumentum, & argumentatio ipsa vim & confirmationem suam indè accipit. Vt illa propositio apud Ciceronem: Contrariorum contraria sunt consequentia: & item hæc propositio. Cuicunque conuenit definitū, & definitio conuenit.

Alio

Alio verò modo loci vocantur Differētiæ maximarum, quibus maximæ a maximis differunt, vt definitio & definitum sunt differentiæ, quibus posterior maxima suprà posita a priori apertè discriminatur

V S V S

huius diuisionis.

Maximæ conducunt ad disputandum & iudicandū. Nam si cum proteruo agas altercatore, ad has sæpe, vt ad ancorā sacrā, cōfugiendum est. Vt si huius Enthymematis, Bellum est caussa malorū, erit igitur emendatio, pax negetur consequutio, probatio non aliunde cōstabit, quam ex ea maxima, Contrariorum contraria sunt consequentia.

Loci differentiæ Maximarū, memoriā iuuāt Nā cūm sint Maximæ penè innumerabiles opus fuit differētijs Maximarū, quarū paucitas facilè possit retineri.

Locus qui est differētia maximæ, diuiditur in locum { Internum / Externum & / Medium.

LOCVS INTERNVS est, qui continet argumenta quæ sumuntur à substantia rei, de qua est quæstio, vel quæ rei substantiam comitantur

Locus enim internus subdiuiditur in { Locum à substantia / & / A cōcomitantibus substātiā.

LOCVS A SVBSTANTIA dicitur, qui continet argumenta quæ sunt de substantia rei.

LOCVS AVTEM A CONCOMITANTIBVS Substantiam dicitur, qui continet argumenta, quæ nō sumuntur ab ipsa rei, de qua quæritur, substantia, sed ab aliquo, quod substantiam concomitatur.

LOCVS EXTERNVS EST, qui continet argumenta, quæ sunt omninò separata à substantia rei, de qua quæritur.

LOCVS MEDIVS EST, qui continet argumenta, quæ partim conueniunt, & partim differunt cum re, de qua est quæstio.

V S V S Diuisionis istius.

Sed vsum huius Diuisionis commonstremus exemplis. Si proponatur quæstio, Num omnis homo sit capax disciplinæ? Ad hanc quæstionem determinandam adfero argumentum ab ipsa hominis definitione, quæ proculdubio ad ipsius substantiam siue essentiam spectat, & talem conficio argumentationem:

Omne aĩal rationale est capax disciplinæ, igitur
Omnis homo est capax disciplinæ.

Locus proinde tã Maxima, q̃ Differẽtia Maximę, vndè hoc argumentũ depromptum est, vocatur Internus.

Interdum verò argumentũ sumitur ab eo, quod prorsus est extra substantiam eius de quo quæritur, estque omninò illi extraneum. Vt si proponatur hęc quęstio, Num auaritia sit virtus? adhibebitur argumentum à contrario, hoc pacto argumentando: Auaritia est vitium, non est igitur virtus. Hic manifestè cernis, argumentum duci a vitio ad virtutem, quæ penitus sunt ab inuicem aliena.

Interdum verò argumẽtum ducitur ab eo, quod partim cõuenit cum eo, de quo fit quæstio, & partim differt. Vt si quęratur, Num iustitia sit bona? Ad quęstionis dissolutionem adfero argumentum: Qui iustus est, bonus est, Igitur iustitia est bona. Hic a iusto ad iustitiam argumentũ ducitur. Inter iustitiã aũt & iustũ, est aliquid differẽtiæ, & aliquid cõueniẽtiæ. Differunt enĩ in finali terminatione, atq; in minùs principali significato. Conueniunt autem in significatione præcipua, vnam enim eandemq; rem concretum & abstractum ex significato principali designãt. ¶ Facta generali locorũ diuisione, restat de vnoquoq; sigillatim pertractare. Sed vt ea, quę dicenda sunt, apertius ob oculos proponãtur, locos singulos hac figura complectemur.

Locus

LOCVS

- Locus Maxima
- Loc⁹ differētia maximę
  - Internus
    - A substātia
      - Definitio
      - Definitum.
      - Descriptio
      - Descriptum.
      - Interpretatio
      - Interpretatum.
    - A cōcomitātib⁹ substātiā
      - A toto aut partibus eiusdē
        - A toto integrali, vel eius parte.
        - A toto vniuersali, vel parte subiectiua.
        - A toto in quantitate, aut partibus eiusdem.
        - A toto in modo, vel parte in modo.
        - A toto in tēpore, vel parte eiusdem.
        - A toto in loco, aut parte eiusdem.
      - A caussa & effectu
        - A caussa efficiente, vel effectu eius.
        - A caussa materiali, vel eius effectu.
        - A caussa formali, vel eius effectu.
        - A finali caussa, vel effectu final. caussę.
      - A generatione
      - A corruptione
      - Ab vsibus
      - A cōiter accidētibus.
  - Externus
    - Loc⁹ ab oppositis
      - Relatiuè
      - Priuatiuè
      - Cōtrariè
      - Cōtradictoriè
      - (oppositis)
    - A disparatis.
    - A maiore vł minore.
    - A simili vel dissimili
    - A proportione, aut disproportiōe vel etiam transmutata proportione.
    - Ab autoritate.
    - A trāssumptione.
  - Medius
    - A coniungatis
    - A casibus
    - A diuisione.

VSVS.

Quantas vtilitates habeant loci, non potest pro dignitate dici, Necesse est enim vim horum præceptorum de locis esse maximam, cùm nō solùm Dialectici, sed multò antè Rhetores iudicauerint eos diligentissimè inculcandos esse discentibus. Nam vtrique de locis præceperunt. Et fuerunt nonnulli, qui pertinere eos propriè ad Rhetoricam senserunt, quia materiam offerunt dicendi. Hi enim dialecticæ nihil relinquebant, nisi formas suprà traditas, quibus inuentam materiam includimus cùm de ea iudicaturi sumus, faciebantq; Dialecticam non inueniendi sed iudicandi scientiam.

Nos, siue ad Rhetoricam propriè pertinēt, siue communes vtrique arti sunt, existimamus non tantùm in Dialecticis libellis recensendos esse, sed etiam in omnibus parietibus scribendos atque sculpendos esse, vt semper ob oculos versentur.

Atque hoc est, quod Antonius in secundo libro de Oratore efficiēdum esse vult, vt quemadmodum scribentibus vltro se figuræ ingerunt literarum, ita oculis se offerant loci, nec procul nec diu quæsiti, & statim ostendant quid maximè dici oporteat.

Nulla enim de re dici, de nullo scripto rectè iudicari potest, nisi referat se animus ad hos locos, eosque tanquàm duces sequatur.

Rodolphus de vtilitate Locorum ita differit secundo
„ libro, sub finem capitis primi. Vtilem (inquit) esse
„ hanc locorum rationem apparet, tum magnæ parti
„ humanorum studiorum: quandoquidem pleraque
„ in ambiguo hærent, & differentium certaminibus
„ sunt exposita: Tum verò eis præcipuè confert, qui
„ tractant illa, quorum nullæ traditę sunt artes. Dico,
„ qui consilio Rempublicam gubernant, quos de pa-
„ ce, bello, cæterisque ciuitatis negotijs in rem præ-
„ sentem, sæpe Senatui, sæpe populo, fidem facere

„ oportet

oportet: quique in iudicijs item accusare, defendere, petere, abnuere, quiq; populum docere. iustitiam, religionē, pietatem in professo habēt. Et mox addit. Nec instruere solum os facultas ista, & tatum dicendi copiam subministrare, sed prouidentiam animi, & recte consulendi quoque aperire viam videtur. Quando non alia re prudentiam constare apparet, quàm perspicere, quid in quaque re sit positum: & consentanea repugnantiaque, & quo quidq; ducat, quidue euenire possit, colligere. Hoc autem ipsum confirmat, statim subiecto exemplo de Cicerone & Demosthene, quibus prudentiæ consilijque laus, vel ab æmulis est concessa, quod quę dicebant in Senatu, in foro antea prudenter (adminiculo scilicet locorum) cogitassent. Nanque dicere (inquit) prudenter, nisi qui prudenter cogitarit, non potest.

Constat igitur hanc locorū Dialecticorum facultatem Philosopho, Oratori, Dialectico, & quisquis insuper vel aperta oratione differit, vel tacita meditatione de quæstione aliqua tractanda occupatur, in primis vtilem, atque adeò necessariam esse.

Magnum próinde studium in istam Dialecticæ partem collocandum est, & assiduo vsu atque exercitatione confirmanda cognitio.

CAPVT II.

De Locis à Substantia.

Locus à Substantia:
- Definitio
- Definitum.
- Descriptio
- Descriptum.
- Interpretatio
- Interpretatum.

Definitio

Definitio autem ſic ſolet deſcribi:

DEFINITIO eſt oratio indicans, quid eſt eſſe rei per eſſentialia.

A definitione aũt arguměta quatuor modis eruũtur.

Adfirmatiuè duob⁹ modis.
- Subijciendo. Vt: Omne animal rationale eſt diſciplinę capax, ergo Omnis homo eſt diſciplinæ capax.
- Prædicando. Vt: Concha eſt corpus animatum ſenſibile, Ergo Concha eſt animal.

Negatiuè totidem.
- Subijciendo. Vt: Nullum animal irrationale eſt diſciplinę capax, ergo Nullum brutum eſt diſciplinæ capax.
- Prædicando. Vt: Simia non eſt animal rationale, Ergo Simia non eſt homo.

Maximæ.

Quicquid prædicatur de definitione, prędicatur item de definito.

De quocunque prædicatur definitio, de eodem & definitum.

Quicquid negatur de definitione, & de definito negatur.

De quocunque negatur definito, & definitum.

A DEFINITO.

Quatuor item modis à definito licebit argumentari.

Adfirmatiuè
- Subijciendo. Vt: Homo eſt albus, Ergo Animal rationale eſt album.
- Prędicãdo. Vt: Concha eſt animal, Ergo Cõcha eſt corp⁹ animatũ ſenſibile.

Negatiuè
- Subijciendo. Vt: Homo nõ eſt brutũ, Ergo Animal rationale non eſt brutum.
- Prædicando. Vt: Simia nõ eſt homo. Ergo Simia non eſt animal rationale.

Maximæ.

Maximæ.

De quocunque prædicatur definitum, de eodem & definitio.

De quocunq; negatur definitũ, de eodẽ & definitio.

Quicquid prędicatur de definito, prędicatur & de definitione.

Quicq́d negatur de definito, negatur & de definitiõe.

A DESCRIPTIONE ET INTERPRETATIONE.

DESCRIPTIO est oratio indicãs esse rei per accidentalia, id est, per propria, vel accidentia. A qua sic argumentamur:

Animal rudere natum, est tardum,
Ergo Asinus est tardus.

INTERPRETATIO est non rei definitio, sed nominis etymologica explanatio. A qua sic argumẽtamur:

Seruatorẽ aĩarũ nostrarũ decebat peccatores suscipe,
Ergo Iesum id decebat.

Aduerte à descriptione ad descriptum, & cõtrà: Item ab interpretatione ad interpretatum, & ecõtrariò, eodem nos modo argumẽtari, quo ad definitione, & definito, idq́ue per consimiles Maximas, quas facile est effingere ex prioribus.

Sub his autẽ tribus locis tres alij comprehenduntur. Sub loco enim à definitione, comprehenditur locus à differentia, vt:

Concha est sensibilis, ergo
Concha est animal.

Sub loco à descriptione, locus à proprio. Vt:

Modestia est per se laudabilis,
Igitur est virtus.

Sub loco ab interpretatione, locus à synonymis.

Vt: Gladius est, Igitur ensis est.

Quorum Maximæ ferè cum superioribus sunt eædem.

Capue

CAPVT III.

De Locis à Toto & Partibus.

Totum
- Vniuersale
- Integrale
- In quantitate
- In modo
- In tempore
- In loco.

A TOTO VNIVERSALI.

TOTVM VNIVERSALE vocant superiùs, vt genus est respectu suarum specierum, & species respectu indiuiduorum.

Fiunt autem argumẽtationes tum adfirmatiuè tum negatiuè à toto vniuersali.

Adfirmatiuè
- Subijciendo. Vt: Omnis virtus est expetenda, Ergo iustitia est expetenda.
- Prędicãdo. Vt: Hoc animal habet omnem sensum, Ergo & olfactum habet.

Negatiuè
- Subijciendo. Vt: Nullũ vitium laudandum est, Ergo nec ebrietas.
- Prædicando. Vt: Lapis nõ habet sensum, Ergo nec visum.

Maximæ.

Cũ quo cõuenit superius, cũ eodẽ conuenit inferius. Cum quo non conuenit superius, nec etiam inferius.

A PARTE.

Fit quoque totidem modis argumentatio, à parte subiectiua ad totum vniuersale.

Adfirmatiuè

Adfirmatiuè { Subijciendo. Vt: Concha vel vnicum vel duos tantùm ſenſus habet, Igitur aliquod aĩal vel vnicũ vel duos tãtũ ſenſus habet.
Prędicãdo. Vt: Habet viſum, ergo ſenſum.

Negatiuè { Subijciendo. Vt: Lapis nõ eſt prędituſ ſenſu, Ergo aliquod corpus non eſt præditum ſenſu.
Prædicando, Vt: Talpa non habet viſum. Ergo non habet omnem ſenſum.

Maximæ.

Cum quo cõuenit pars ſubiectiua, cũ eodẽ & totum.
Cum quo non conuenit pars, nec totum.

CONDITIONES.

Obſerua, quum à toto vniuerſali proceditur, ipſum ſemper diſtribuendum eſſe, niſi velis ad omnes partes disiunctiuè enumeratas procedere hoc pacto:

Aliquod animal eſt irrationale,
Ergo vel homo irrationalis eſt, vel brutum.

E diuerſo à parte ad totum non diſtributum ſemper eſt procedendum, niſi omnibus partibus copulatiuè ſumptis procedatur, quod fit in Inductione.

Præcipiunt nonnulli à toto ad partem adfirmatiuè non ſequi, niſi poſita partis conſtantia ſeu exiſtentia. Neque ecõtrariò à parte ad totum negatiuè, niſi conſtantia partis poſita, quòd eruditiores docent nõ magni eſſe momenti: Nam conſtantia illa, etiam ſi non exprimatur, facilè ſemper intelligitur in propoſitione, quæ in mente retinetur, dum Enthymema conficitur. Si cui tamẽ placebit conſtantias, quas vocant per nos conſultò omiſſas, addere, nihil repugnamus.
Et quoniã circa ſingulos penè locos ſolent plures adduci malę argumẽtationes, potiſſimùm enthymematicæ, aliquo defectu laborãtes, aduerſus omnes huiuſ-

modi

modi generalis poteſt vna reſponſio adhiberi, dicẽdo eatenus valere argumentationem enthymematicam ex locis deſumptam, quatenus ex propoſitione explicita, cum ea quæ tenetur in mente, bonus poteſt confici ſyllogiſmus, vel categoricus, vel vt minimùm hypotheticus. Vbi verò id fieri non poterit, non valebit enthymema. Exempli gratia, hæc argumentatio ſumpta à ſpecie nõ valet: Auis volat, igitur Omne animal volat, quoniam ſuppleta propoſitione, quę ſubintelligitur, hîc habetur malus ſyllogiſmus: Auis volat, & Omnis auis eſt animal, igitur Omne animal volat.

Similiter iſtud enthymema: Animal currit, igitur homo currit, non valet, quia ſyllogiſmus, ad quem reducitur, nõ valet, iſte videlicet: Animal currit, & Omnis homo eſt animal, igitur Homo currit. Maiori enĩ particulari in prima figura, nihil ſequitur. Ad hanc formam examinabitur quælibet argumentatio ſophiſtica, quæ in debita forma peccabit.

A TOTO INTEGRALI.

TOTVM INTEGRALE eſt, quod reſultat ex partibus quantitatem habentibus.

PARS INTEGRALIS eſt, quæ cum alijs partibus reddit quantitatem totius.

Hæc autẽ eſt { Vel principalis, ſine qua totum ſubſiſtere nequit, vt, caput, venter. Vel minùs principalis, vt, pes, manus, digitus. }

A toto integrali fiunt argumentationes ad ſingulas partes principales, idq; tantùm adfirmatiuè. Vt:

Domus eſt, ergo
Fundamentum habet & parietes, & tectum.

Maxima.

Poſito toto integrali, poni neceſſe eſt & quamlibet partem

partem eius principalem.

Ad partes autem minùs principales, non valet illatio, nisi à perfectione totius argumenteris. Vt:

Domus est omninò perfecta, ergo
Focum habet, & pœnu, & fenestras, &c.

Negatiuè non valet argumentatio, à toto ad singulas partes. Neque enim aptè concludes sic:

Non est domus, ergo
Non habet fundamentum aut parietes.

Ad omnes verò partes simul sumptas, sub disiūctione valet: Si enim domus non est, vel fundamentum, vel parietes, vel tectum non habet.

Maxima.

Si totum non est, aliquam eius partem non esse, est necesse.

A PARTE INTEGRALI.

A parte integrali ad totum, sequitur contrario modo tantùm negatiuè, nimirum à negatione singularum partium, ad negationem totius. Vt si dirutum ædificium, tectum non habet, non est domus. Prætereà, Si focum non habet aut pœnu, non est domus perfecta.

Maxima.

Ablata parte aliqua principali, totum esse nō potest. Si desit pars minùs principalis, totū nō est perfectum.

A partibus sigillatim non ducitur argumentum adfirmatiuè: ab omnibus tamen coniunctim ducitur. Si enim fundamentū, parietes, & tectū habet, domus est.

Maxima.

Positis omnibus partibus, necessariò ponitur totum.

VSVS.

Est autem huius Loci, à toto integrali ad partem, & contrà.

& contrà, magna vtilitas, quia ex consideratione totius de partibus iudicamus, aut cōtrà. Sic Boëtius colligit res humanas prouidentia regi, quia mundus (cuius res humanæ partes sunt.) prouidentia regitur.

Similiter magica ars ostenditur mala, ex partiū consideratione, quia partes, videlicet consultatio dęmonum, & pactum cum dęmone, mala sunt.

Vehemēter autem poterit ex hoc loco adfectus moueri, per explicationem singularum partium eius rei, de qua loquimur, adsit modo Rhetorica elocutio. Veluti si Christi Domini nostri miseriam, quam in passione sensit, ita proponam: Ecce Deus & homo Christus, qui singula corporis sui membra, hominum obsequijs dedicauerat: cuius caput, os, guttur, lingua docendis ignorantibus plurimùm laborarunt: cuius aures quęuis admiserunt: cuius oculi multa semper miseratione pauperes respexerunt: cuius manus plurimos sanarunt: cuius pedes terram docēdi gratia, multo labore itineris perambularunt: cuius genua in oratione pro nobis sępe, multùm & diu terræ adfixa, hæserūt: cuius cor multa pro nobis solicitudine frequenter anxium fuit: cuius intestina omnia pro nobis subinde exhausta fuêre laboribus: dénique qui totum sese, quantusquātus erat, hominum obsequijs dedicauerat: Ecce hic modò ab ingratissimis hominibus à capite ad pedes vsque adfligitur, & leproso adsimilatur: caput corona spinea pungitur, & arundine cæditur, cerebrum & oculi vigilijs deficiunt, aures cum barba vellicantur crudeliter, humeri ligno graui onerantur, manus diris stringuntur vinculis, palmę & volę horridis perfodiuntur clauis lingua felle vexatur & aceto, déniq; membra vniuersa flagellis atteruntur, & roseo perfusa sanguine madent. Quis tantam non exhorrescat miseriam? tantam non execretur crudelitatem & ingratitudinem?

Sic hominis possumus vilitatem ostendere, ex singularum

gularum consideratione partium.

Quęso te, quid homine secũdũ in corpus vilius? quid capitis vertex, nisi testa quadam fictilis? quid cerebrũ intus reconditum, nisi lactea quadam coagulatura? quid oculi nisi congelatus humor? qd nares, nisi meatus immundæ putredinis? quid aures, & ipsæ suas profundentes sordes? quid dénique venter, intestina omnia dénique totus ipse homo, nisi vas quoddam fictile, & saccus stercoraceus, sordibus & fœtore plenissimus? Quid igitur superbis terra & cinis, impurum sterquilinium, imò stercus ipsum, & filius stercoris?

Ad hunc modum & singularum virtutum præcellentiam, ex partium ipsas integrantium commendatione item & scientiarum atque artium ostẽdere vtilitatem licebit.

A TOTO IN QVANTITATE.

TOTVM IN Quantitate est, vniuersale vniuersaliter sumptum. Quod à toto vniuersali solùm differt, quia cum signo vniuersali semper accipitur. Propter quod à toto vniuersali, & à toto in quantitate eadem fiunt argumentationes: Vt,

Omnis planta viuit, ergo
Omnis arbor viuit.

A partibus autem omnibus simul, procedendum est ad totum in quantitate, quod in quauis fit Inductione, seu adfirmatiua siue negatiua, seu sub subiecto seu sub prædicato.

A TOTO IN MODO.

TOTVM IN MODO est, vocabulum non restrictũ determinatione suæ partis in modo

PARS IN MODO est, vocabulum determinatione aliqua restrictũ, cũ qua nõ sumitur eius totũ. Sic aĩal totũ in modo est, ad animal albũ, Rursus, aĩal album, totum in modo est ad animal album intensissimè.

A toto & partibus in modo, nunc adfirmatiuè nunc negatiuè contingit argumentari.

Subijciendo { Adfirmatiuè, Vt: Omnes homines sunt capaces disciplinæ, ergo Et homines rudes sunt capaces disciplinæ.
Negatiuè, Vt: Nulli hoïes sunt odio habendi, ergo Nec homines mali. }

Prædicando { Adfirmatiuè, Vt: Deus fecit oïa animalia, ergo Etiam animalia reptilia.
Negatiuè, Vt: Deus nullos hoïes vult perire, ergo Nec homines peccatores, sed magis vt conuertantur & viuant. }

A PARTIBVS IN MODO.

Subijciendo { Adfirmatiuè, Vt: Homines frugi, sunt laudandi. ergo, Hoïes sunt laudandi.
Negatiuè, Vt: Homines impij non seruantur, ergo Aliqui homines non seruantur. }

Prædicando { Adfirmatiuè, Vt: Pater amat bonos filios, ergo Amat filios.
Negatiuè, Vt: Cygnus non est animal nigrum, ergo Cygnus non est omne animal. }

Maximæ.

Cum quo conuenit totum in modo, & pars.
Cum quocunq; autem non cõuenit totum, nec pars.
Cum quo conuenit pars in modo, & totum.
Cum quo non conuenit pars, nec totum.

A TOTO IN LOCO ET TEMPORE.

TOTVM IN LOCO nominatur aduerbium, quod vniuersaliter omnẽ locũ significat. Vt, vbiq;, nusquã.

Pars

PARS IN LOCO est, quicquid particulariter aliquem tantùm locum designat. Vt, hic, illhìc, in ædibus, in foro.

Quod in tempore totum vocatur, tempus significat vniuersaliter. Vt, nunquàm, semper.

Pars in tempore, aliquod tempus tantùm. Vt, hodie, cras, perendie.

Desumuntur autem argumenta adfirmatiuè & negatiuè ab his totis:

Subijciendo { Adfirmatiuè, Vt: Vbiq; sunt boni, ergo & Romæ.
Negatiuè, Vt. Nusquàm desunt mali, Ergo nec Romæ. }

Prædicando { Adfirmatiuè, Vt: Deus est vbiq3, ergo Etiam in secretis cubiculis.
Negatiuè, Vt: Oculus Dei nusquàm fallitur, ergo Nec in obscurissimis & abditissimis locis. }

A TOTO IN TEMPORE SIMILITER.

Semper Christus verum dixit, ergo
Etiam tũc, quãdo dixit, De omni verbo otioso reddendam esse rationem.

Nunquàm mentita est veritas, ergo
Nec tunc, quando esse difficile dixit, diuitem ingredi in regnum cœlorum.

A PARTE IN LOCO AVT TEMPORE.

A parte autẽ in loco aut tempore, tantùm negatiuè valet. Vt:

Romæ non est vsus cereuisiæ, ergo
Non est vbique cereuisiæ vsus.

Dum prandetur, voce orandum non est,
Non semper igitur voce orandum est.

Maximæ.

Cũ quo cõuenit totũ in loco aut tẽpore, cũ eo & pars.

Cum quo autem totùm non conuenit, nec pars.
Cum quo pars non conuenit, nec totum.
Adfirmatiuè ab vna parte non valet: ab omnibus simul sumptis valet. Vt: si Deus est in cœlo, & in inferno, & in mari, &c. Deus vbique est.

De Loco à Caussis & Effectis, CAPVT IIII.

CAVSSA est, ad cuius esse sequitur aliud.
Effectus enim caussam naturà sequitur, licèt nō semper tempore. Nam simul & sol exoritur & dies fit.

Caussarum alia est { Efficiens / Materia / Forma / Finis.

Ad harum declarationem quædam diximus suprà, in Ratione definiendi.

A CAVSSA EFFICIENTE.

EFFICIENS CAVSSA est, à qua primò fit motus, vt aliquid fiat.

Efficientiū alia { Necessaria, Sine qua effectus certus fieri nequit, vt, dies non nisi ex solis ortu fit. / Sufficiens tantùm, Quæ cùm non sit necessaria, sufficit tamen ad effectū producendum, vt, iugulatio caussa sufficiens est mortis, nō necessaria tamen, cùm alia etiam ex caussa mors contingat.

A caussis & effectis necessarijs ducuntùr argumenta, tam adfirmatiua quàm negatiua. Vt:
Sol à nobis abscedit, igitur
Aduesperascit.

Sol nō-

Sol nondum exortus erat: cū Troia deuastaretur,
Non est igitur interdiu Troia deuastata.
Ab effectis, Vt, dies fit, Igitur sol oritur,
Luna hoc anno non patietur eclipsin, Igitur
Nō erit hoc anno interpositio terrę inter solē & lunā.

Maximæ.

Posita caussa efficiente, ponitur effectus eius.
Ablata caussa efficiēte, necessariò aufertur & effectus.
Posito effectu, ponitur & caussa ad talem effectum necessaria.
Ablato effectu: aufertur & caussa.

A CAVSSA SVFFICIENTE.

A sufficientibus autem caussis tantùm adfirmatiuè, & ab earundem effectis negatiuè tantùm, licet argumentari. Vt sequitur:
Si hic iugulatus est, interijt,
Si non interijt, non est iugulatus.

RVRSVS Efficiētium alia vocatur:
- Potentialis, quæ exprimitur voce potentiam vel habitum denotāte. Vt pistor, ædificator.
- Actualis, quæ exprimitur voce denotante actū. Vt pinsens, ædificans.

A caussa potentiali argumentamur ad effectus possibilitatē, hoc modo: Si ędificator est, ædes esse possunt. Itē, ædificator est bonus, igitur ędes possunt esse bonę.

A caussa actuali, effectum fore aut fieri colligimus. Vt: ædificans est. Igitur ædes fiunt, aut sic: Igitur ædes erunt, subaudi, si pergat artifex.

Ab effectorum existentia argumentamur fuisse aliquando caussam. Vt. Domus est, ergo ædificans seu ædificator fuit. Item, Domus est bona, igitur bonus fuit ædificator. Insuper ex hoc quòd effectus fiat, infertur caussę efficientis subsistentia. Si enim domus

 fit, necesse

fit, necesse est eum qui ædificet, esse.

A CAVSSA MATERIALI.

MATERIA est, ex qua aliquid fit.

Et est duplex { Permanens. Quæ in re effecta permanet in sua natura. Sic, lapides & ligna sunt materia domus.
Transiẽs, Quæ nõ sic manet in effecta re, sed mutatur, & formã accipit aliã. Sic farina & aqua sunt materia panis. }

A quarum vtrisque consimili modo adfirmatiuum trahimus argumentũ. Similiter enim proceditur à positione materiæ, ad effectus possibilitatem. Vt:

Ligna & lapides & calx adsunt, potest igitur domus haberi.

Aqua & farina sunt, potest igitur fieri panis.

Maxima.

Posita caussa materiali, possibile est effectum poni. Negatiuè autem argumẽtando non similiter ab vtrisque ducitur argumentum, sed à negatione subsistentiæ caussæ permanentis, ad subsistentiæ effectus negationem proceditur. Vt: ferrum non est, igitur arma ferrea non sunt.

Maxima.

Remota caussa materiali permanente, remouetur effectus.

A negatione verò materię transeuntis, non sequitur, nisi effectum non fieri concludas hoc modo: Non est farina, non fit igitur panis. Vel, nisi sic argumenteris: farina, non fuit, igitur non est panis.

Ab effectu ad caussam materialẽ adfirmatiuè solùm argumentamur: & in permanente quidem caussa, ab esse ad esse: in transeunte, ab esse ad fuisse. Vt:

Arma ferrea sunt, igitur ferrum est.

Panis est,

Panis eſt, igitur farina fuit.

Maximæ.

Poſito effectu cauſſæ materialis permanentis, ponitur ſimul & cauſſa.

Poſito effectu cauſſæ tranſeuntis, neceſſe eſt materiam ipſam præfuiſſe.

Negatiuè non ſequitur: Arma ferrea non ſunt, igitur ferrum non eſt.

Ducunt inſuper argumenta ex his locis per prædicata bonum & malum. Vt, farina mala fuit, igitur panis non eſt bonus. Panis bonus eſt, igitur farina fuit bona.

A CAVSSA FORMALI.

CAVSSA FORMALIS eſt, quę dat eſſe rei, & à qua effectus ſuum nomē accipit: Sic anima rationalis forma eſt hominis, ſcientia ſcientis.

- Formarū alia
  - Eſſentialis, quę eſt pars rei, & eſt vel
    - Mortalis ſeu corruptibilis, vt, forma equi.
    - Immortalis, vt, anima rationalis.
  - Accidentalis, quę merum accidens eſt.

In omnibus his formis ſimiliter argumentamur.

Affirmatiuè hoc modo:

Albedo eſt, igitur album eſt.

Scientia eſt, igitur ſciens eſt,

Anima bruti eſt, igitur brutum eſt.

Aduerte tamen in anima rationali procedendum ab eius ineſſe ad eſſe hominis. Non enim ſequitur:

Anima rationalis eſt, igitur Homo eſt.

Sed ſequitur: Anima rationalis ineſt corpori, igitur Homo eſt.

Negatiuè ſic argumentamur:

Si non est albedo, non est album.

Maximæ.

Posita caussa formali ponitur effectus.

Remota caussa formali, remouetur & effectus.

Ab effectu ad caussam. Brutum est, igitur & aĩa bruti.

Brutum non est igitur nec anima bruti.

Sub hoc loco à caussa formali, concludendus videtur locus ille apud Aristotelem, qui dicitur ab inexistentia formæ ad denominationem subiecti. Vt,

Cygno inest albedo, ergo Ipse est albus.

Animæ inest scientia, ergo est sciens.

Ad similem modum in formis substantialibus sequitur: Huic composito naturali inest rationalis anima, ergo est homo.

Maxima.

Vnumquodque subiectum à forma inexistente denominari debet.

A CAVSSA FINALI.

FINIS est, gratia cuius aliquid fit.

A caussa finali argumenta ducuntur, in prædicatis bonum & malum. Vt, Si beatitudo est bona, igitur virtus est bona. Virtus enim ordinatur ad beatitudinem cõsequendam tanquam ad proprium suum finem.

Sanitas bona est, igitur amaræ potionis sumptio bona est: Deambulatio quoq; post cœnam: & alia huiusmodi, quæ ad sanitatem tanquam ad optatum finem ordinantur.

Maximæ.

Cuius caussa finalis bona est, ipsum quoq; bonũ est.

Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.

Ab effectu caussæ finalis ad caussam ita argumentamur. Virtus est bona, igitur beatitudo bona erit. Peccatum est malum, igitur damnatio mala erit.

VSVS

VSVS.

Caussarum & effectorũ varius est & multiplex Vsus. Nam ad deliberationes plurimùm valent, cum in deliberatiuo genere duo præcipuè quærantur. Alterum quidem sit ne vtile id de quo deliberatur? Alterũ verò an fieri possit? illud ex fine. hoc eit efficientibus colligi debet. Nam quicquid vtile est, id alicui rei consequendæ vtile sit oportet:

Et quicquid fieri posse volumus, id maximè ex efficientis facultate poterit ostendi. Quin & effecta fidem facultati faciunt

Item in Demonstratiuo genere cùm laudare aut vituperare volumus præcipui loci sunt effecta & finis.

Denique in genere Iudiciali cùm de facto & voluntate dubitatur, promuntur argumenta a fine, vt copiosissimè tractat Ludouicus Viues de Instrumento probabilitatis.

Quare in omni genere dicendi plurimùm caussę valebant. Atque ob id Boetius vniuersalem & omnibus caussis communem dedit Maximam hanc:

Vnaquæque res ex caussa spectari debet.

Hoc est, de vnaquaque re iudicãdum est ac differendum ex caussis.

His locis finitimi sunt loci à Generatione, Corruptione & Vsibus.

Siquidem generans & corrumpens quędam efficientia sunt. Vsus verò est veluti finis quidam rei cuius est, cùm vnaquæque res naturaliter ad vsum aliquem ordinetur.

Porrò argumenta ab his locis ducimus per prædicata bonum & malum.

A GENERATIONE

Scipionem Africanum natum fuisse ciuitati Romanę, bonum fuit, igitur Scipio Africanus bonus fuit.

Contrà:

Contrà: Catilinam natum esse ciuitati Romanæ malum fuit. igitur Catilina illi fuit malus & noxius.

Christum nasci fuit optimum, Christus igitur optimus fuit.

Maximæ.

Cuius generatio est bona, ipsum quoque bonum est.
Cuius generatio est mala, ipsum quoque malum est.

Econuersò quoque valet a genito ad generationem. Nam si res genita bona est, & generationē bonam esse intelligitur, & contrà.

A CORRVPTIONE.

Si seditiosos homines supplicio afficere Reipublicæ bonum est, ipsi homines seditiosi mali sunt & incommodi Reipublicæ.

Vergilij mors pręmatura, rei literarię mala fuit (aliô-qui limatiora adhuc & tersiora haberentur eius opera) Igitur Vergilius rei literariæ, dum viueret, commodus fuit.

Maximæ.

Cuius corruptio bona est, ipsum est malum.
Cuius corruptio mala est, ipsum est bonum.

Econtrariò quoque valet, à corrupti bonitate, ad malitiam corruptionis, & contrà, à malitia ad bonitatem.

Sed hîc obseruandum, vt sumantur, ea quę per se bona vel mala sunt. Nam in ijs quæ per accidens siue alterius concomitantis gratia, bona vtiliaque dicuntur, non valet argumentum.

Non enim sequitur: Mors Christi bona fuit, ergo ipse malus fuit cùm viueret. Nam bona fuit per accidens dúntaxat, ratione concomitantis salutis nostræ. Per se autem adeò bona non fuit, vt etiam inanimata, sol, terra, petræ exhorruerint tam crudelem innocentissimi agni mortem.

A RERVM VSV.

Bonus est vini vsus, (nempe cor hominis lætificare, mœrentes & deiectos erigere, stomachum debilē confortare) ergo Vinum est bonum.

Vsus Magiæ malus est, ergo
Magia est mala.

Maximæ.

Cuius vsus bonus est, ipsum quoque bonum est.
Cuius vsus malus est, ipsum quoque malum est.

CONDITIONES.

Duo hîc sunt obseruanda. Alterum est, vt in his argumentemur, quę per se bonum aut malum vsum habēt, & non per accidens.

Alterum est, ne pro vero rei vsu, sumatur abusus.

Est autem verus vsus vniuscuiusque rei officium, ad quod vel à natura vel ab arte est ab initio destinata.

Quod siquis argumentari velit ex abusu, non colliget indè malitiam rei, sed potiùs hominum abutentiū peruersitatem.

VSVS.

Locorum à Generatione, Corruptione & à rerū Vsu, maxima est vtilitas in distinguendis, quæ verè bona sunt, à malis.

A COMMVNITER ACCIDENTIBVS.

Volunt ad caussas quodammodò pertinere etiam illa, quæ appellantur communiter accidentia.

Dicimus autem communiter accidentia, quorum alterum vel semper vel vt plurimùm ad alterum sequitur.

Duplicia

Duplicia enim ſunt cõmuniter accidentia propriè dicta.

Quædam cõmuniter accidentium inueniuntur, quorũ vnũ ſemper præcedit, alterũ ſubſequitur, neq; in hoc ſecundũ naturam eſt defectus. Vt, in arbore priùs eſt frondere quã florere: & florere quam fructum adferre.

Quædam cõmuniter accidentium licèt nõ ſemper & prorſus infallibiliter, tamen frequenter admodum, & vt plurimũ ſe cõſequuntur. Vt, Bacchanalia celebrari aut Encænia, & multos inebriari, aliquos vulnerari.

In prioris modi communiter accidẽtibus fiunt argumenta neceſſaria adfirmatiuè & negatiuè.

Adfirmatiuè quidem per poſterius hoc modo: Arbor floret, ergo fronduit: Itẽ, fructũ habet, ergo & flores & frõdes habuit: Mulier illa peperit, Ergo cõcepit.

Maxima.

Communiter accidẽtium ſi poſterius eſt, prius fuiſſe neceſſe eſt.

Negatiuè verò argumentamur per prius.

Vt, Mulier hæc non concepit, non igitur peperit.

Maxima.

Communiter accidentium ſi prius non fuerit, nec poſterius erit.

In Communiter accidentibus ſecundi modi fiunt argumenta, non quidem neceſſaria, ſed probabilia duntaxat, hoc modo: Bacchanalia hodie celebrantur, Igitur multi inebriabuntur, aliqui vulnerabuntur.

Hic homo molitur quidpiam magnæ induſtriæ, Igitur patebit hominum inuidię. Iuxta illud Eccleſiaſtę:

Omnes

Omnes labores hominum & industrias animaduerti patêre inuidiæ proximi.

Huc referri possunt argumenta, quæ à naturalibus signis & physiognomicis sumuntur. Vt, manè rubet cœlum, non erit igitur hodie aura serena.

Hic homo crispos in extremo habet capillos, ergo boni est animi.

Possunt prætereà ad hunc locum referri argumenta, quæ à prodigijs, mõstris, aut portẽtis sumuntur. Quale est, cũ argumentamur ex Cometa aut alio aliquo portẽto, magni mali aliquid vel patriẹ vel principi imminere: Item quum apud Vergilium Aeneas fugiendum è loco concludit, audita Harpyiæ voce.

Possunt dénique huc reduci Gentilium auguria, haruspicia, & alia diuinationum genera.

Hîc obseruandum est, ne argumentum ducamus ex eis, quæ nec semper, nec plerunque consecutionis obtinent veritatem, sed vel rariùs vel indifferenter. Hinc enim suspiciones dúntaxat fallaces & odiosæ proficiscuntur. vt, comptus est, ergo adulter: hæc formosa est, igitur & impudica. Sunt hæc argumenta sophistica, non dialectica, suspicacis hominis, nõ viri prudentis, & committitur in eis (teste in Elenchis Aristotele) fallacia Consequentis.

VSVS.

Loci à Communiter accidentibus vsus latissimè est sparsus. Cõfert in primis plurimùm in genere iudiciali, ad probandum factum.

Confert prætereà in laudationibus & vituperijs, in consolationibus, in deliberationibus, vbi coniecturam facimus ex eo, quod communiter accidit. Adhæc in naturalibus, vbi monstra ostentaque rerum coniecturam faciunt, vt defectus solis lunæque, item stellẹ crinitæ, quæque alia vel videri solent, vel audiri, quibus insignium populorum ac vrbium clades auguramur.

Quin &

Quin & de moribus futuris vaticinamur ex hoc loco: fortis erit, quoniam lato est pectore: liberalis futurus est, quandoquidem lata illi frons est.

Hæc de Internis Locis, tum à Substantia, tum Substantiam comitantibus.

De Locis ab Oppositis & Disparatis.

CAPVT VI.

NVnc de Externis dicemus. Ac primùm de Oppositis (qui Locus in alios quatuor subdiuiditur, secundum quatuor oppositionis species, in Postprædicamētis à nobis declaratas) postea de Disparatis, in quibus generaliter valet ab adfirmatione vnius ad negationem alterius. Vt, Cygnus est albus, non est igitur niger. Bucephalus est equus, ergo non est bos.

Maxima.

De quocunque adfirmatur vnum repugnantium, de eodem negatur alterum.

- Repugnantia
  - Opposita
    - Relatiuè
    - Priuatiuè
    - Contrariè
    - Contradictoriè.
  - Disparata.

A RELATIVE OPPOSITIS.

Vt: Augustus fuit Octauij filius, Ergo non non fuit pater eiusdem.

Hîc obseruandæ sunt particulæ, ad idem, & secundum idem: Vnde non sequitur Hic est pater, ergo non est filius. Neque sequitur: hic homo est illo homine superior, ergo non est eodem inferior, qui enim in vno superior est, in altero inferior esse potest. Qua de re iucunda est concertatio patris & filij apud Gellium in noctibus atticis.

Huic loco adfinis est, locus à Relatiuis vel potiùs Correla-

Correlatiuis, vbi ſic argumentamur: Pater eſt, ergo filius eſt. Item, Auguſtus fuit Octauij filius, ergo Octauius fuit pater Auguſti.

Maxima.

Relatiua, cùm ſint ſimul natura, poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt.

Sub iſto loco comprehenditur modus argumentandi, à verbo actiuo ad paſſiuũ & contrà: Pont. Pilatus damnauit Ieſum, ergo Ieſus à Põt. Pilato fuit dãnatus.

A CONTRARIIS.

Contraria — { Mediata / Immediata.

In mediatis ab affirmatione tãtùm proceditur ad negationem, vt liberalis eſt, non eſt igitur auarus.

In immediatis dupliciter argumentamur.

Affirmatiuè, & item negatiuè, accipiendo ſubiectum ſuſceptibile.

Hoc animal eſt ſanum, non eſt igitur ægrum.

Hoc animal non eſt ſanum, igitur eſt ægrum.

Maximæ.

Contrariorum ſi vnum ſubiecto alicui ineſt, alterum non ineſt.

Immediatorum, ſi vnum ſubiecto ſuſceptibili non inſit, alterum ineſſe oportet.

A PRIVATIVE OPPOSITIS.

Hic homo cæcus eſt, Igitur non videt, ſeu non eſt viſu præditus,

A negatione autem non valet, niſi accipiatur ſubiectum ſuſceptibile, & tempus à natura determinatum. Vt, Puer iſte non poteſt loqui, & tempus tranſijt à natura determinatum, quo ſolet loquela donari, Igitur mutus eſt.

Maximæ.

Maximæ.

Priuantium si vnum inest, alterum non inest.

Priuantium si vnum subiecto susceptibili non inest tempore à natura determinato, necesse est alterum inesse.

A CONTRADICTORIIS.

A contradicentibus, quæ Cicero aientia & negantia vocat adfirmatiue argumentamur & negatiuè. Cuiusmodi consequentias tractauimus in parte secunda libri Περὶ ἑρμηνείας, quas appellauimus à termino finito ad infinitum, aut contra. Vt:

Paulus est syncerus, ergo
Paulus non est non syncerus.

Item, Lapis non est homo, igitur
Est non homo.

Intelligunt, si sit, propter cauillationes.

Maxima.

De quolibet est adfirmatio vel negatio vera, de nullo verò simul.

Possumus & in contradictorijs propositionibus argumentari hoc modo: Si hæc vera est,

Milo est absolutus illam necesse est falsam esse,
Milo non est absolutus.

Maxima.

Contradictoriæ nunquàm simul aut veræ aut falsæ esse possunt.

E CONTRARIO ET IN IPSO.

Aristoteles habet quendam argumentandi modum penes quadruplicia opposita iam dicta, quem vulgò appellamus Consequentiam in ipso, vel è contrario.

E CONTRARIO CONSEQVENTIA dicitur, in qua ex duobus oppositis certum inter se ordinem habentibus

habētibus, inferuntur duo alia opposita, variato atq; transmutato ordine. Vt,

Omnis homo est animal, ergo
Omne non animal est non homo.

Item, si homo est, animal est, Igitur si nō animal est, erit & non homo.

Rursus Si quid est homo, ipsum est animal, ergo Si quid sit non animal, erit & non homo.

IN IPSO CONSEQVENTIA erit, si in cōsequēte is oppositorū teneatur ordo, qui est in antecedēte. Vt, Omnis prudentia est virtus, ergo Omnis imprudentia est vitium.

Si prudētia est, virtus est, ergo Si imprudentia est, vitium est.

Siquis prudens est, est studiosus, ergo Siquis imprudens est, is & prauus erit.

Porrò interdum fit permistio oppositorum diuersi generis adinuicē: Vt, Si lumē visum oblectat, tenebræ contristant.

Iusti in ꝑpetuū viuēt, igitur Iniusti ī ꝑpetuū moriētur.

Huiusmodi exempla sexcenta quilibet ex libris cùm profanis tum sacris colligere poterit, quæ miram habent vim ad affectus commouendos, oppositis sic adinuicem collatis. Vndè vsum harum consequentiarū maximum esse, facilè intelligitur.

AE DISPARATIS.

In his argumentamur generaliter, ab adfirmatione vnius ad negationem alterius. Vt: Est leo, Ergo nō est Simia.

A negatione ad adfirmationē nulla est argumētatio.

Maxima.

Cuicunq; cōuenit vnū disparatorū, eidem non conuenit alterum.

CONDITIONES.

In omnibus his oppositorum & disparatorum locis generaliter obseruādum est, vt opposita seu disparata

Ee prędicētur,

prędicentur, & sint totalia prędicata Nam si ponantur opposita ex parte subiecti, non valebit argumẽtatio, Non enim sequitur:

Album est, igitur Nigrum non est.

Albũ est coloratũ, igitur Nigrũ nõ est coloratũ.

Pater est homo, igitur Filius eius nõ est homo.

Item, Si opposita sumantur tantùm vt partes minùs principales prædicati, non valebit similiter argumentatio. Vt non sequitur:

Video album, igitur Non video nigrum.

Possideo asinum, Non igitur possideo bouem.

Veruntamen, si opposita sumantur vt partes principales, valebit argumentatio: Rectè enim sequitur à contrarijs:

Hic est homo albus igitur Non est homo niger.

Hoc est animal sanũ, igitur Nõ est animal ægrũ.

CAPVT VI.

De reliquis locis externis.
- A Maiore vel Minore.
- A Simili vel Dissimili.
- A proportione vel disproportione vel mutata proportione.
- Ab autoritate.
- A transumptione.

MAIVS hic dicitur, quod suæ veritatis maiorem habet probabilitatem.

MINVS verò, quod minorem.

A MAIORE.

Fit autem argumentum à Maiore negatiuè tantùm. Subijciendo: Hector non poterat Troiam defendere, neque igitur AEneas potuisset.

Prædicando: Exercitus hic nõ sufficit expugnare arcem parum munitam, non igitur expugnabit munitissimam ciuitatem.

Vtroque

Vtroq; simul: vir fortis nequit ferre saxum centum pondo, ergo puer non gestabit saxum mille pondo.

Omnium autem vna est confirmatiua maxima:

Si id quod magis videtur, non est verum, neque id quod minùs videtur, verum erit.

Aristoteles verò singulis modis singulas adsignat maximas, dicens:

„ Vno de duobus dicto, si cui magis videtur inesse,
„ non inest: nec cui minùs videtur inesse, inerit.

„ Duobus de vno dictis, si quod magis videtur in-
„ esse, nō inerit: nec quod minùs videtur inesse, inerit.

„ Duobus de duobus dictis. si quod alteri magis vi-
„ detur inesse, non inest. nec reliquum reliquo inerit.

A MINORI.

Totidem modis à Minori argumentamur, sed adfirmatiuè.

Subiiciendo: Solus Hungariæ rex potuit Turcam reprimere, multò igitur magis poterunt reprimere Turcam omnium Christianorum coniuncti exercitus.

Prædicando: Licitum est Sabbatis seruare bouem, Ergo & hominem.

Prædicando & subiiciendo: Christus pro nobis grauissima pertulit supplicia, nos igitur vel modica, pro eius amore, ferre debemus.

Omnium modorum vna confirmatiua maxima potest hæc adsignari:

Si id quod minùs videtur, verum est, id quoque quod magis videtur, verum erit.

Secundum verò Aristotelem tribus diuersis modis tres diuersæ adsignantur hæ maximæ:

„ Vno de duobus dicto, si cui minùs videtur inesse
„ inest, etiam illi, cui magis videtur inesse, inerit.

„ Duob' de vno dictis, si id quod minùs videtur in-
„ esse, inest, etiā id quod magis videtur inesse, inerit.

„ Duobus de duobus dictis, si quod alteri minùs vi-
„ detur inesse, inest, & reliquum reliquo inerit.

cùm ipſo corpore, anima igitur hominiſ cùm ipſo homine non interit. Vel contrà:

Hominis anima non eſt mortalis, ergo Bruti anima cum ipſo extinguitur.

Maxima.

Eorum quæ diſproportione comparantur, diuerſa eſt ratio.

Nam vt in diſſimili, ita hoc loco, valet cõſequentia negatiua, à negatione vnius, ad adfirmationem alterius, & contrà.

A TRANSMVTATA PROPORTIONE.

Sicut ſe habent octo ad quatuor, ita ſe habent duodecim ad ſex, ſcilicet proportione dupla, Ergo. vt ſe habent duodecim ad octo, ita ſe habent ſex ad quatuor, ſcilicet proportione ſeſquialtera.

Maxima.

Si primi ad ſecundum, & tertij ad quartum eſt proportio eadem, certè primi ad tertium, & ſecundi ad quartum, erit eadem proportio.

Quæ maxima etiam extra numeros locum habet, veluti in hoc exemplo: Sicut ſe habet ignis ad aërem: ita terra ad aquã, Ergo, vt ignis ad aquã, ita aër ad terram.

AB AVTORITATE.

Quem vulgò ab Autoritate Locum nominamus, eum à rei iudicio dixit Boëtius. Et tantùm adfirmatiuè ducitur argumẽtum. Vt Cicero ſcripſit, nullum virum magnum ſine adflatu diuino extitiſſe, Igitur verum eſt.

Maxima.

Vnicuique experto in ſua ſcientia credendum eſt. Item, Quod omnibus vel pluribus vel maximè ſapientibus

tibus videtur, ita se habere probabile est, nec sine graui caussa est contradicendum.

Duplex est Autoritas	Vna diuina, quæ semper manet firma.
	Altera humana, quæ plerunque vacillat.

Humanæ igitur contradicere interdum licet Diuinæ nunquàm, Item, humana autoritas sæpe rationibus fulcitur: diuina verò nullis indiget rationib⁹, sibi sufficientissima. Ergo cùm in humanis disciplinis aliquis instituendus est, is (vt Aurelij Augustini & verbis & sententia, vtar) duplici via ducitur, autoritate & iudicio. Et tempore quidem autoritas, natura verò ratio prior est. Itaque quamuis imperitis adhuc Autoritas videatur esse accommodatior (oportet enim, vt Aristoteles ait, addiscentem credere) ratio tamen aptior est eruditis. Autoritas igitur imperitis adhuc ianuam quodammodò aperit doctrinarum, & discentē ducit. Ratio autem eundem iam eruditum pressis vestigijs hærere facit, & omnia intromissa luce commonstrat.

VSVS.

Plurimus huius loci vsus est, cùm in artib⁹ omnibus, tum maximè in Grammaticis & Theologicis disputationibus, in quibus ferè sola autoritate pro ratione vtimur.

Ad locum ab autoritate pertinent Iudiciales loci à Testibus, Legibus, Institutis maiorum, Consuetudine.

A TRANSVMPTIONE.

Transumptionem Boëtius inter externos locos recenset, cùm interpretationem internis adscripserit. Rodolphus verò Agricola interpretationē & trasumptionē cōmuni loco Nominis promiscuè designauit.

Ex transumptione propriè accepta, hoc est, tran-

 slatione.

ſlatione quam Græci μεταφορὰν dicunt, argumentamur, cùm nomen aliquod per metaphoram transfertur, & deinde ex re non quàm eo in loco, ſed quam propriè ſignificat, ducitur argumẽtum. Vt: Ignis ſemper ſe prodit, Ergo & amor. aic Paris ad Helenam:

— Quis enim cælauerit ignem,
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Ibi ignis pro amore ponitur, ſed non ab amore, verùm à natura ignis ducitur argumentum, cùm dicit, Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo, tanquàm de vero igne loquatur.

Generatim accepta tranſumptio, eſt nominis manifeſtioris, loco obſcurioris acceptio, vt:

Non eſt ſapientis dicere, viuam,
Ergo non eſt Philoſophi.

Maximæ.

Quod conuenit ſub nomine proprio, idem conuenit ſub nomine tranſlatitio, & contra.

Et pro poſteriori modo: Quod ſub nomine manifeſtiori de aliquo dicitur, etiam ſub obſcuriori tamen idem ſignificante dicetur.

VSVS Tranſumptionis.

Tranſumptionis generatim acceptæ vſus, tam latè ſparſus eſt, quàm præceptiones Grammaticorum & Rhetorum, de paranda nominũ ſupellectile, de ſynonymia, de vſu troporũ omnium, præcipuè metaphoræ & allegoriæ, quas figuras in literis ſacris eſſe cõſtat creberrimas. In exornanda Rhetorum floſculis elocutionisque ſchematibus oratione, quocunque genus cauſæ tractetur, in prima ætate puerorũ egregie exercitanda, & alijs eiuſmodi negotijs, etiam primas tenere: nemo eſt cordatorum hominum, qui neget.

His ita breuiter declaratis ad Medios locos trãſeam⁹.

CAPVT

CAP. VII. & VLTIMVM.

De locis Medijs { A coniugatis / A casibus / A diuisione.

CONIVGATA sunt abstractum & suum concretũ, quia sunt sub eodem iugo significationis, Vt sapientia, sapiens, sapienter.

CASVS verò plura denominatiua siue nominalia, siue verbalia, siue aduerbialia, quia videlicet per quandam deflectionem cadunt ab eodem abstracto, vt iustus & iustè, à iustitia.

Quæ differentia sæpenumerò confunditur: vt apud Ciceronem, qui locum à Casibus non distinguit à Coniugatorum loco, sed illum sub hoc comprehendit.

A Casibus & Coniugatis trahuntur argumenta, tum adfirmatiua tum negatiua: idque interdum in prædicatis bonum & malum, interdum in alijs.

A CONIVGATIS.

Et in primis per locum à Coniugatis argumentamur dupliciter.

Primò subijciendo tantùm, idque tantùm in prædicatis bonum & malum, designantibus laudem & vituperium, aut similia. Vt:

Iustitia est laudanda, ergo
Iustus est laudandus.

Iustitia non est vituperanda, ergo
Iustus non est vituperandus.

Obedientia sancta est, igitur
Sanctum est obedire.

Secundò valet subijciendo & prædicando simul, idq; à duobus concretis ad duo abstracta: vel à duobus abstractis ad duo concreta, adfirmatiuè & negatiuè.

Vt, percussum patitur, ergo Percussio est passio.
Album est coloratum, ergo albedo est color.
Et econuerso: Percussio est passio, ergo percussum patitur.
Albedo est color, ergo Album est coloratum.

CONDITIONES.

Hic obserua, vt deuites prædicationes per accidens. Non enim sequitur: Album est dulce, ergo Albedo est dulcedo.
Nec contrà: Albedo non est dulcedo, ergo Album non est dulce.

A CASIBVS.

A Casibus similiter argumentamur, Vt: Percuti est pati, ergo Percussum est passum.

Maximæ.

Quod vni conuenit coniugatorum, & alteri cõuenit.
Item, Coniugatorum in eo quòd coniugata sunt, vna est eademque natura.
Si coniugatorum vnum vni conuenit, & alterum alteri conueniet.
Casuum in eo quòd casus sunt, eadem est natura.

A DIVISIONE.

De Diuisione quid sit, & quomodò diuidatur, & quas habeat leges, & quem vsum, satis diximus priùs in ratione diuidendi.
A Diuisione dupliciter ducuntur argumenta.
Primò, à negatione vnius membri aut plurium sed nó omnium, ad affirmationem membri non negati. Nam cùm de aliquo prædicatur diuisum, & negantur omnia membra diuidentia præter vnum, tum id quod residuum est, adfirmabitur de eodem in cõsequente. Vt: Omne animal aut est sanum aut ægrũ. Paulus est animal, & non est æger, ergo Est sanus.

Maxima.

Maxima.

Cum quo conuenit diuisum, cum illo necesse est aliquod membrorum diuidentium conuenire.

Secundò, ab adfirmatione vnius membrorum diuidentium ad negationem alterius vel aliorum: Vt: animalium aliud sanum, aliud ægrum, sed Paulus est sanus, ergo non est æger.

Maxima.

Cui conuenit vnum membrorum diuidentium, de eodem reliqua omnia negari necesse est. Ratio dictorum patet ex conditionibus bonæ Diuisionis.

APPENDIX
Locorum dictorum ex Aristotele.

Qui hactenus enumerati sunt loci, præcipui videntur, his ex Aristotele solent addi quidam alij, quorum in præcedentibus non est facta mentio: quorum vnus vulgò vocatur à Magis ad simpliciter. & cōtrà: Alius, à Positiuo ad comparatiuum & superlatiuum, & contrà: Tertius denique ab Appositione.

A MAGIS AD SIMPLICITER
solum adfirmatiue argumentamur:

Vergilius doctior poëta est Horatio,
Ergo Vergilius est doctus poëta.
Mel dulcius est lacte, Igitur mel dulce est.

Maxima.

De quo comparatiuus propriè captus dicitur, de eo & positiuus dici potest.

A SIMPLICITER AD MAGIS
solum negatiue:

Zoïlus non fuit doctus poëta,
Ergo non fuit doctior poëta Homero.

Maxima.

Maxima.

De quo positiuus nõ dicitur necè cõparatiuus. Hi ad priores referri possunt: alter ad locum à parte in modo ad totum: alter contrà à toto ad partem. Nam cõparatiuus, pars in modo videtur ad positiuum, vt patet, si exprimatur per magis.

A POSITIVO AD COMPARATIVVM & Superlatiuum.

Quod bonum est, iusta ratione diligitur, Ergo quod melius est, ratione iustiori diligitur, & quod optimum est, iustissima diligitur ratione.

E contrario, à superlatiuis & comparatiuis ad positiuos argumentationem valere est manifestum.

CONDITIONES.

In locis dictis argumẽtandũ est ex propositionibus per se. Nec enim sequitur: Qui sciens est, probus est, ergo magis sciens, magis est probus, & maximè sciens, maximè probus.

AB APPOSITIONE.

Ignis admotus aquæ, ipsam calfacit,
Ergo ipse calidus est.

Maxima.

Si alterum alteri appositum facit ipsum (vt loquuntur) aliquale, ipsum est tale.

Vsus huius loci erit etiam in moralibus.

Theophrastus ex cõuictu & cõsuetudine Aristotelis factus est probus & eruditus Philosophus, Ergo Aristoteles probus & eruditus Philosophus erat.

Hæc de Locis Dialecticis more Scholarũ dicta à nobis sunto, breuiter quidem, & crassa (quod aiunt) Minerua, sed vt confido non inutiliter. Siquis autẽ subtiliora quædam intermisceri desideret, ei his cognitis viua vox facilè fecerit satis.

Restat vt de Locis Sophisticis, & ratione vitiosa argumenta soluendi, breuiter dicamus.

LIBER

LOGICES LIBER SEXTVS

De fallacijs seu ratione dissoluendi vitiosa argumenta.

VETVS & vulgare dictum est, Contrariorum eandem esse disciplinam. Sunt enim ferè de contrarijs contraria præcepta. Quare postquàm suprà ratio tradita est & inueniendi vera argumenta & rectè connectendi, nouis minimè opus videtur præceptis, ad iudicanda dissoluendaque vitiosa. Tantùm hæc monendi sunt iuniores, vt in iudicandis vitiosis argumentis totam superiorem dialecticæ partem intueantur, omnia ad regulas ibi positas exigant: facilè enim vitia deprehendent, cùm viderint, à quibus regulis dissentiant. Id quomodò faciendum sit, iam ostendemus, sed paucis. Iamdudum enim mihi non satis animaduertenti, liber plùs iusto creuit.

VSVS

exercitij vitiosa argumenta dissoluendi.

In primis exercitatione opus est, quam propter magnitudinem vtilitatis non defugere studiosos decet. Adsuefaciet enim discentes ad diligentiam, & acuet ingenia, vt rectiùs & celeriùs videant, in qua parte argumentorum sint vitia: Deinde in tota vita, in omni sermone & collocutione adfert hæc consuetudo amorem veritatis, odium cauillationis, & dexteritatē in explicandis controuersijs.

Existimemus igitur hanc doctrinam soluendi vitiosa argumenta à doctis & amātibus veritatem, magno consilio traditam esse studiosis, ad detegendas prestigias So-

gias Sophiſtarum, Sycophantarum aut Hæreticorum qui communem vitam in Eccleſia, in curia, in foro, fal ſis opinionibus, mendacijs & calumnijs ſpecie aliqua fucatis turbant, ex quibus maximæ nonnunquam diſcordiæ, bella, diſſipationes generis humani oriuntur.

Quanquàm autẽ & in Rhetoricis; vt in libro ad Herennium ſcripto, traduntur præcepta, de vitioſis argumentis iudicandis, tamen illa & mutila ſunt, & adeo obſcura, vt à nullis, niſi in Dialectica probè verſatis, intelligantur. Rectior eſt & longe planior hæc Ariſtotelis doctrina, quam ſequimur. Nec aliud eſt liber de Fallacijs (vt vocant) niſi faciles & expeditæ viæ quædam dijudicandi ac diſſoluendi vitioſa argumenta.

Soluuntur autem vitioſa argumenta, vt generatim dicamus, pluribus modis, quod ſubiecta figura monſtrat, quam ſemper in cõſpectu ſtudioſis eſſe oportet.

M O D I,
vitioſa argumenta ſoluendi.

Confutatio

Cófutatio seu dissolutio vitiosorũ argumẽtorum duplex est:

- Personalis, & fit
  - Eleuando
    - ἐξουθενισμῷ
    - ὑποκρίσει.
  - Regerendo
    - ἐπιπλήξει
    - ἀντεναγωγῇ.
  - Digrediẽdo
    - παρεκβάσει
    - ἀποπλανήσει.
- Realis, & est rursus duplex
  - Generalis, & fit ostẽdendo peccatũ
    - in materia
    - in forma
    - in vtroque.
  - Specialis, quę ex generali tãquã fonte deriuatur. Et præcipuè fit in fallacijs
    - Circa dictionẽ, quæ sunt
      - Aequiuocatio
      - Amphibolia
      - Compositio
      - Diuisio
      - Accentus
      - Figura dictionis.
    - Extra dictionem
      - Fallacia accidentis.
      - A dicto secundum quid.
      - Ignorantia elenchi.
      - Petitio principij,
      - Fallacia consequentis.
      - Non caussa vt caussa.
      - Interrogationes plures vt vna.

Sed hæc latiùs deinceps sumus explicaturi: peculiariter verò, quas vocauimus Fallacias, quòd illę ex Aristotele hoc loco præcipuè soleant exquiri,

Cap. 8.

CAPVT I.

De confutatione personali.

SOLVTIO PERSONALIS est, quæ non rei sed homini respondet: Et propterea vocatur solutio ab hominem.

Fit autem modis tribus { Eleuando / Regerendo / Digrediendo.

Eleuamus autem bifariam { ἐξουθενισμῷ seu vt vocant annihilatione. / ὑποκρίσει, seu actione.

ELEVAMVS ἐξουθενισμῷ, quando annihilamus, seu nihili facimus & irridemus aduersariorum dicta. Sic ferè totā Cęlij accusationē, Cicero voluit videri magis iras & iurgia dissidentiū in amore, querelasque amantium, quàm vera crimina.

ELEVAMVS autem ὑποκρίσει, quando gestu & pronuntiatione aduersarios abijcimus & spernimus. Vt Menalcas Vergilianus:

Cantando tu illum? Haud vnquàm tibi fistula cera iuncta fuit.

Regerimus quoque bifariam { ἐπιπλήξει seu increpatione personæ. / ἀντεναγωγῇ seu cōpensatione alterius rei.

ΕΠΙΠΛΗΞΕΙ seu increpatione regerimus, cùm ostendimus nō decere aduersariū hoc nobis obijcere. Dametas: Parciùs ista viris tamē obijciēda memento. Fit quoque, quando conuitium conuitijs rependitur. Sicut Menalcas Vergilianus Dametæ obijcit furtum factis absente hero. Regerit hic & obijcit obscœnitatem fœdam.

ΑΝΤΕΝΑΓΩΓΗ seu cōpensatione, cū reponimus rem siue parem siue grauiorem. Vt Dametas:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat cœli spacium non ampliùs vlnas?

Regerit Menalcas:

Dic quibus in terris, inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto?

Duobus itidem modis digredimur { παρεκβάσει, seu excursu. / ἀποπλανήσει, seu deductione.

ΠΑΡΕΚΒΑΣΕΙ seu excursu disputantem à scopo abducimus, vt alijs occupatus propositi obliuiscatur, attamen id dilutum esse apparet. Sic Cicero pro Cælio, cùm nihil respondisset, quod domi venenum erat paratum, eiusque vitium in seruo reperiebatur, mox digreditur ad Q. Metelli mortem, & seruum veneno sublatum fuisse per scelus Clodiæ subijcit. Quam sanè formam digrediendi, & in ipso Demosthene Aeschines notauit.

Αποπλανήσει seu deductione disputantem vel iudicem à re nobis cōtraria deducimus, promittimusq; nos dicturos, sed suo loco: Atque sic sensim transimus, vt auditor ab eo quod cōtra nos est, auocetur.

VSVS
solutionis Personalis.

Operæprecium est dilutionem Personalem cognoscere, quæ non solùm in quotidiano Scholasticorum congressu, verùm multò magis in altiorum Facultatum concertationibus & exercitijs, cùm priuatis, tum vel maximè publicis, est vsitatissima.

Diligenter prospiciendum videtur, ne rebus neglectis personæ tantùm ratio habeatur, siquidem non tam persona, quàm res ipsa venit consideranda.

Eluditur nonnunquam argumentum optimum, &

vera iuſtaq; ad rem ſolutione digniſſimum, tanquàm intempeſtiuum eſſet aut indignũ, de quo verba fiant.

Quare cauebit ſibi veritatis ſtudioſus, ſeu auditor, ſeu iudex, ſeu oppugnans, ne temerè ſolutionibus ad hominem, non ad rem ſatisfieri, ne dicam imponi ſibi patiatur: habent tamẽ huiuſmodi ſolutiones aliquando opportunum vſum, vt declarat ſolutio ſophiſmatis illius, quod ab Aulo Gellio narratur, propoſitum Diogeni in hæc verba:

Quod ego ſum, tu non es, homo ſum ego, igitur tu non es homo.

In quo paralogiſmo manifeſt' eſt defectus, quoniam proceditur à voce (Homo) in antecedente non vniuerſaliter poſito, ad eandem in concluſione ſumptam vniuerſaliter.

Admodùm autẽ facetè Diogenes ſophiſtę illi huiuſmodi ſophiſma contexenti ſcribitur illuſiſſe veriùs, quàm reſpondiſſe: Quod infers (inquit) me non eſſe hominem, falſum eſt.

Quod ſi verum velis fieri, incipe à me, & tu eris beſtia. Videlicet indicare volens, tam facilè, ſe huiuſmodi paralogiſmo aduerſus illum poſſe cõcludere, quàm ille aduerſus ſe concluſerat.

Et ſunt huiuſmodi reſponſione digni ſophiſtæ, vt qui non ad rem argumentantur, etiam non ad rem accipiant ſolutionem. Conuenit enim (iuxta prouerbium) ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα.

CAPVT II.

De confutatione Reali.

Duplex eſt confutatio Realis { Generalis / Specialis.

Sed de generali ad rem confutatione hoc capite dicemus.

GENERALIS CONFVTATIO eſt, quæ ſumma capita

capita fallaciarum complectitur:

Quæ tria sunt { Forma / Materia / Vtrunque.

Aut enim vitium est in forma tantùm, hoc est, in consequentia. Nam consequentia vocatur argumentorum forma.

Tunc autem rectissimum est atque expeditissimum reijcere argumentum, reprehensione consequentiæ.

Aut in materia seu rebus vitium hæret.

Tunc autem soluendo vtimur {
- INFICIATIONE, id est, negatiõe tollimus falsam propositionẽ, & falsitas ostẽditur ex fontibus .i. ex rerũ locis, definitione, diuisione, caussis & alijs.
- DISTINCTIONE, Ambigua enim distingui oportet, vt infrà dicam.
- INSTANTIA, id est, tollimus propositionẽ aliquã ostensa falsitate, prolato opposito exemplo,

Aut in vtroq; est vitium, in materia, inquam, & forma simul.

ADMONITIO.

In omni argumentatione prima cura sit inspiciendæ & iudicandæ consequentiæ, an ad formas & regulas supra in tota Dialectica traditas quadret. Vt enim ars in conspectu sit, hac exercitatione maximè perficitur. Cùm autem consequentia discrepat ab aliqua regula, totum argumentum reprehensione consequentiæ reijciatur, & monstretur regula, à qua discrepat.

Exempli gratia:

Omnis gallina est bipes,
Et omnis homo est bipes, ergo
Omnis homo est gallina.

Respondendum est, Nego consequentiã. Et ratio est.

In ſecunda figura ex puris adfirmatiuis nihil ſequitur.

Etſi autem huiuſmodi breues reſponſiones videntur eſſe ludi pueriles, tamen reipſa magno errore liberant in grauibus materijs, & laudem adferunt, quia paruo negotio magnum periculum diſcuſſum eſſe videtur: & exiſtimatur acumen eſſe, citò videre monſtroſam connexionem, qualis eſt in argumentis ſophiſtarum & hæreticorum. Vndè Irenæus hæreticos dicit nectere funiculos ex arena, id eſt, connectere membra non cohærentia, vt in multis exemplis cerni poteſt.

Suprà in figuris Syllogiſmorum plura exempla recitata ſunt, quibus commonefacti Iuniores, diſcant ſimiles captiones refutare. Et quotidiana lectio & vita ſuppeditabit infinita exempla.

Complexus eſt autē Ariſtoteles vitioſas conſequentias in Fallacia conſequentis.

DE MATERIAE VITIIS.

Cùm vitium in rebus eſt, hoc eſt, cùm maior aut minor falſa aut ambigua eſt, ſoluitur argumentum per inficitiationem, aut diſtinctionē, aut inſtantiam. Sed vt intelligi poſſit, quare propoſitio falſa ſit, reuocanda eſt ad locos. Nam ideo falſa eſt propoſitio, quia aut definitio non congruit, aut cauſſæ, aut effectus, quorum fit mentio, non congruunt, aut cætera de quibus loci præcipiunt. Nam quum loci gignant veras propoſitiones, cernitur cauſſa falſitatis, cùm ad eos tanquàm ad fontes reditur.

EX DEFINITIONE VITIOSA.

Non decet fucus Philoſophos,
Eloquētia eſt fucus & accerſitus ornatus inutilis.
Igitur eloquentia non decet Philoſophos.

Sic argutatur Picus ad Hermolaum Barbarum. Soluendum eſt per inficiationē hoc modo: Nego minorem, Nam definitio falſa eſt. Eloquentia enim eſt facultas,

facultas, res veras rectè & perspicuè bono genere sermonis exponendi, & in hac expositione elocutio non est fuc⁹, sed est natiua & nõ mõstrosa forma orationis.

DE DISTINCTIONE.

Vulgò aiunt, Omne multiplex parit confusionem, id est, ambigua pariunt dissensiones. Item, Ambigua sunt distinguẽda. Item, Qui bene distinguit, bene docet. Et Socrates apud Platonem inquit, Si nactus fuerit ducem, qui rectè partiri sciat, se ipsius, tãquàm Dei, vestigia secuturum esse. Hæc dicta monent, vt in sermone circumspecti simus, ne ipsi ambigua spargamus, & vt aliorum ambiguè dicta dextrè interpretemur.

Vt enim venit Ἔρις non vocata in conuiuium, in quo Iuno, Pallas, & Venus cõsederant, & cùm pomum obiectum dari formosissimę iussisset, discordiam inter Deas excitauit, vnde bellum Troianum ortum est: Ita qui spargunt ambiguas opiniones, tanquàm pomùm ἔριδος populis obijciunt, quod posteà magnas dissensiones parit.

Primùm autem considerandum est, an ambiguitas oriatur ex forma sermonis, an verò ex rebus, hoc est, ex genere aliquo, vbi specierum distinctio prætermissa est, aut ex caussis non sufficientibus.

Si ambiguitas ex forma sermonis oritur, iudicatur ex Grammatica, & phrasi linguæ: qua in re adsit interpreti, non solùm eruditio, sed etiam amor veritatis, odium cauillationis & candor. Quædam enim sunt naturę cauillatrices, quibus ludus est sed admodum odiosus, etiam rectè dicta deprauare, quo ex genere illa sunt. Cùm essent dierum triginta factæ induciæ, Thraces noctu populati sunt agros, quia dierum non noctium induciæ essent. Lacedæmonij legatos Persicos petentes terram & aquam, demerserunt in puteos, & terra obruerunt. Legatus Romanus pactus,

 vt dimi-

vt dimidium nauium relinqueretur Antiocho, dissecari naues iussit, & dissectas trabes dedit Antiocho.

Tales interpretationes pugnantes cũ sententia, quam phrasis vsitatè significat, repudientur in serijs negotijs, & consuetudinem huius ludi scurris relinquamus: Qualis apud nos fuit Vlespieghel.

Cum autem ambiguitas ex rebus oritur, vt, cùm genus ponitur, omissa distinctione specierum, sumenda eit distinctio ex ea arte, ad quam controuersia pertinet: vt posito genere, videndum est, de qua specie propriè dicatur. Nam vniuersaliter, dicta de specie sunt certiora, & contrahunt generales sententias.

Exempli gratia:

Nullus peccator exauditur à Deo, iuxta illud:
Peccatores non exaudit Deus.
Omnis homo est peccator, ergo
Nullus homo exauditur à Deo.

Respondendum est per distinctionẽ, Distinguo maiorem: alij sunt peccatores agentes pœnitentiam, alij non agentes pœnitentiam, Maior vera est, si intelligatur de non agentibus pœnitentiam, Sed est falsa, si intelligatur de agentibus pœnitentiam seu conuersis ad Deum, & ex falsa maiore sequitur falsa conclusio.

Poterit & minor similiter distingui.

Hanc doctrinam soluendi per distinctionem spargit Aristoteles in multas fallacias, quas sic vocauit, quia monere voluit multa esse ambiguorum genera, Alia sunt in vna voce, alia in compositione, vt infrà dicetur, & plurimum captionum oritur ex ambiguis.

EX NON SVFFICIENTE *caussa.*

Sæpe struuntur insidiæ prætextu caussarum, quæ tamen reipsa non sunt caussæ, aut recitatione caussarum non sufficientium, aut alijs modis, in quibus caussę non rectè accõmodantur. Talium captionum solutiones sunt

fiunt per infciationem aut diftinctionem. Et Ariftoteles vias indicat in fallacia, fecundũ nõ cauffam, vt cauffam,&c.

Exempli gratia:

Lupus apud AEfopum accufat ouem, quòd turbet flumen,
Simul bibis me bibente,
Turbas igitur mihi aquam.

Refutat ouis mentionem cauffæ, & rationem manifeftam addit, quia bibebat inferiore loco.

Dialecticus diceret, Nego confequentiam, & ratio eft, quia eft fallacia fecundũ non cauffam vt cauffam. Nam bibens inferiore loco, non poteft effe cauffa turbationis aquæ in fuperiore loco fluminis.

Hæc eò recitaui, vt difcant Iuniores reuocare argumenta ad fontes, ad definitiones, diuifiones, cauffas, & alios locos. Ita rectiùs deprehendent infidias & cauffas falfitatis in membris argumentorum.

Operæprecium fecerint præceptores inter docẽdum, fi fufe & exactè oftenderint, quæ fallaciæ quibus locis accommodandæ fint: & quæ argumenta mala ex locis, ad quas pertineant fallacias.

Huius vicinitatis animaduerfio multum lucis adferret doctrinæ fequenti de Fallacijs.

Abfit autem ftudium nimiæ fubtilitatis, quod multis modis nocet difcentibus. Efficit enim in artibus labyrinthos; qui ingenia remorantur, & implicant inextricabilibus laqueis, vt crucientur inani cura, & à vero artium vfu abducantur. Deinde hebetatur iudicium, & amor argutiarum facit odiofos cauillatores & rixatores, etiam in cæteris vitæ partibus.

DE TERTIO MODO,
fcilicet, de folutione per inftantiam.

Multũ valẽt exẽpla illuftria, ideo interdũ, cùm propofitio aliqua nõ fatis ꝑfpicua ratiõe refutari poteft, breuiter eã oppofito exẽplo reijcimᵘ, id vocatur folutio ꝑ

 inftan-

instantiam. Vt:

Legati seu nuntij in itineribus non violentur, ergo
Nec iste nuntius violandus fuit.

Respondeo ad antecedens per instantiam: Athenienses interceperunt legatos Lacedæmoniorum, euntes ad regem Persicum, vt eum sibi adiungerent contra ciuitatem Atticam, vt recitat Thucydides. Et Romani ceperunt legatos Hannibalis, euntes ad regem Macedonicum, vt narrat Liuius. Hæc exempla ostendunt vsitatũ fuisse, legatos hostium, perferentes mandata nocitura patriæ, intercipere. Ita breuiter refutatur antecedens oppositis exemplis. Aliud.

Plato recitat hoc argumentum in Phædro:

Omne quod sese mouet, semper mouetur,
Anima sese mouet, ergo Semper mouetur.

Breuissima respõsio est ad maiorem, Nego maioré, & do instantiam, quia etiã culicis anima sese mouet, nec tamen est perpetua.

Alius modus est instantię, cùm concessa propositione aliud fortius opponitur, vt, studium virtutis comitantur contemptus & odia malorum & pericula. Non nego, sed oppono aliam fortiorem caussam studendi virtutibus. Nam eo studio hîc tranquillitatem cordis, & postmodùm æterna præmia consequimur.

Recitaui modos solutionũ rectissimos, ad quos adsuefieri discentes vtile est, ita enim & citiùs videbũt, in qua parte seu quo membro vitium sit argumenti, & dexteriùs explicabunt captiones.

Pertinent autem ad hanc ipsam doctrinam solutionum, Fallaciæ, alij locos Sophisticos vocant, quorum tituli monent, quale sit vitium in argumento.

Cùm igitur agnosces, ad quem titulum accommodanda sit captio, iam via solutionis monstrata est. Etsi autem in hac parte multæ recitantur imposturæ, tamé tradi eam sciamus, non vt tenera ætas adsuefiat ad amorem sophisticandi, sed vt iudicare & soluere ca-

ptionem

ptionem,& cauillationem odisse discat, sicut doctrina de venenis traditur, vt vitentur, non vt vitæ hominū insidiemur.

Sed ipsum nunc Aristotelem audiamus.

CAPVT III.

De Disputationibus & Metis.

ARistoteles de sophisticis Elēchis, & de his qui videntur & non sunt Elenchi, docturus, Elenchum breuiter finit hoc modo:

* *Elenchus est syllogismus cum conclusionis contradictione.*

Præmissa breui hac syllogismi finitione:

* *Syllogismus est oratio, in qua quiddā à positis diuersum accidit.*

Vt si defendat quis, Medæam non amare prolem, & Oppugnans hoc vtatur syllogismo.

Omnis mater prolem amat,
Medæa mater est, ergo
Medæa prolem amat.

Syllogismus ille elenchus est, inferens conclusionem contradicentem positioni: Vndè cōstat syllogismum magis communem esse ad elenchum.

Hinc disputationem in quatuor genera dispartit Aristoteles, singulis speciebus sua adhibita descriptione. Quid disputatio sit, in lib. de Disputatione exposuim⁹.

Disputatio:
- Doctrinalis
- Dialectica
- Tentatiua
- Litigiosa.

*Doctri-

** Doctrinales disputationes sunt, quæ ex proprijs cuiusque disciplinæ principijs, & non ex his quæ videtur respondenti, syllogizant.*

Vtimur in hac disputatiōe syllogismo Demōstratiuo, Vt, Omne cōpositū ex materia & forma est mobile,
Omne autem corpus componitur ex materia & forma, ergo
Omne corpus est mobile.

** Dialecticæ disputationes sunt, quæ ex probabilibus collectiuæ sunt cōtradictionum.*

Vtitur hæc disputatio syllogismo dialectico, Vt:
Omnis mater diligit filium,
Medæa est mater, ergo
Medæa diligit filium.

Cuius conclusionis contradictoria potest ex probabilibus similiter inferri:
Nulla mater quæ interficit filium, diligit filium,
Medæa est mater, quæ &c. ergo
Medæa non diligit filium.

** Tentatiuæ disputationes sunt, quæ ex his sunt, quæ videntur respondenti: & quæ necesse est eum scire, qui se simulat habere scientiam.*

Nullus est syllogismus ex ijs, qui alibi dicti sunt, quo non ali-

non aliquando tentator vti poſſit, ad ſumendum experimentum ſcientiæ aut ignorantiæ reſpondentis. Potiſſimũ tamẽ vtitur eo, qui procedit ex cõmunib⁹: Si enim communia non norit, arguitur parum ſcire.

* *Litigioſæ diſputationes ſunt, quæ ex his, quæ videntur probabilia, non ſunt autem, ſyllogizant.*

Hæ diſputationes vtuntur ſyllogiſmis litigioſis de quibus in Topicis.

Porrò nonnulla, quę ad maiorem harum definitionũ intelligentiam idonea ſunt, alibi diximus.

VSVS.

Eò ſpectat diſputationis diuiſio, vt magis eluceat qd inter ſophiſticã diſputationẽ, quæ præſentis eſt inſtituti, & cæteras interſit. Diſtinguntur autem hæc diſputationum genera ex varijs finibus proximis, quæ ſunt docere, opinionẽ adgenerare, alterius ſcientiæ experimentum ſumere, & errorẽ producere atq; facere videri ſcientẽ. Ad primi aſſecutionẽ deſtinatur diſputatio doctrinalis, Ad ſecundi dialectica. Tertium ſibi vẽdicat tentatiua. Ad quartum verò ordinatur litigioſa & ſophiſtica, quã partiri poſſumus in alias particulares ſpecies numero quinq;, ſecundũ quinariũ numerũ finium atque metarũ, in quas diriguntur à ſophiſta ſophiſticæ diſputationes.

Hæ autẽ metæ ſunt:
- Redargutio
- Falſum
- Inopinabile
- Solœciſmus &
- Nugatio.

Hos contentioſę diſputationis terminos, adſequi aut verè aut apparenter nititur ſophiſta, vt videatur erudit⁹ & ſapiẽs ob victoriã aduerſus coaltercantẽ obtẽtã.

Redargutio

REDARGVTIO est priùs cōcessi negatio, vel priùs negati concessio in eadem disputatione, vi argumentationis facta. Vt si respondens negauerit, se carnes crudas comedisse, contra ipsum instabit sophista hoc modo:

Quicquid emisti, comedisti,
Carnes crudas emisti, igitur
Carnes crudas comedisti.

Quod si huius argumentationis vi concesserit, quod prius negauerat, ad redargutionis metam pertractus dicetur: At si non in eadem disputatione, aut non vi argumenti, sed sponte, propriaque voluntate quis priùs negatum admiserit, aut negauerit priùs admissum, non redarguitur.

META FALSI.

Falsum hîc sumitur pro manifestè falso.

Et próinde FALSI META nihil aliud est, quàm concessio alicuius manifestè falsi, quod respondens concedere cogitur, virtute argumentationis sophisticæ: ad quam deductus est, qui fatetur cœleste sidus esse latrabile hoc syllogismo:

Omnis canis est latrabilis,
Sidus cœleste est canis, ergo
Sidus cœleste est latrabile.

META INOPINABILIS.

Inopinabile est quod contra omnium vel plurium vel sapientum, aut eorum quorum sententiam tutamur, opinionem est.

Cęterum Inopinabile à falso distinguitur, quòd quicquid falsum est, sit & inopinabile, sed non conuertitur. Sunt etenim pleraque inopinabilia vera, vt Mundum incœpisse, est Aristoteli inopinabile, quod tamẽ esse certissimum ostendit scriptura.

Eritque

Eritque ita INOPINABILIS META, alicuius inopinabilis admiſſio, vi ſophiſticæ argumentationis facta: Ad quam deducitur, qui aliquem regẽ diuitem & felicem confitetur eſſe miſerum & infelicem, hac argumentatione:

Quencunque contingit ab aliquo vinci, eſt miſer & infelix,
At regem diuitem & felicem contingit ab aliquo vinci, igitur
Rex diues & felix, miſer eſt & infelix.

META SOLOECISMI, ET NVGATION.

SOLOECISMVS à Donato definitur, eſſe vitium in contextu partium orationis, contra regulam artis Grammaticæ factum. Videtur autem hoc loco & pro Barbariſmo communiter accipi.

At BARBARISMVS à Donato deſcribitur eſſe vna orationis pars vitioſa in communi ſermone.

A Diomede verò, cõtra Romani ſermonis legem aut ſcripta aut pronunciata, vitioſa dictio.

NVGATIO autem dicitur eſſe eiuſdem verbi in eadem orationis parte inutilis repetitio.

Horum autem vitiorum admiſſiones argumentationibus ſophiſticis partæ, ſunt ſolœciſmi & nugationis metæ: ad quas deductus eſt, quicunque exiſtimauerit, quòd mulier ſit cãdidus, & Plato ſit doctus homo doctus, hiſce captionibus:

Omnis homo eſt candidus
Et mulier eſt homo, ergo
Mulier eſt candidus.

Plato eſt doctus, &
Plato eſt homo doctus, ergo
Plato eſt doctus homo doctus.

Caput

CAPVT IIII.

De fallacijs in dictione.

TRaditis sophistarum finibus, ex quibus quodammodò desumi queunt sophisticarum rationum species & modi, addit Aristoteles:

„ Volunt primùm illi quidem ac maximè videri co-
„ arguere eos, qui contra disputant: & paucis inter-
„ iectis subiungit, Modi autem coarguendi & repre-
„ hendendi sunt duo, Nam alij sunt in dictione, alij
„ extra dictionem. Eorum qui in dictione spectantur,
„ & falsam sui speciē exhibēt, sex genera sunt, Aequi-
„ uocatio, Amphibolia, Compositio, Diuisio, Accen-
„ tus, & Figura dictionis. Sic ille.

Sed priusquàm hæc prosequamur, adnotandum in primis est, quòd quemadmodùm argumentatio Dialectica ex vero loco firmitatem accipit: sic Sophistica ratiocinatio apparentem firmitatem sumit ex loco sophistico.

Porrò ad sophisticum locum seu fallaciam omnem necessum est duo concurrere. Quorum vnum dicitur esse caussa apparētię, quę efficit vt argumētatio videatur esse bona, & ei adsentiatur audiēs siue respondens.

Alterum est defectus principium, quòd vulgò appellitant caussam non existentiæ. Ex his itaque duobus euenit, vt quis fallatur, & iudicet tale aliquid esse, quale apparet, & non est.

Insuper aduertendum est, nomen fallaciæ variè accipi. Vulgò quidem pro argumentatione fallaci, vt FALLACIA sit nihil aliud, quàm instrumētum idoneum ad decipiendum, efficiens credere id quod est verū, esse falsum: aut quod falsum est, esse verum: aut quod non est probatiuum, esse probatiuum, mediante aliqua apparentiæ caussa.

Propriè verò FALLACIA est error, seu deceptio, præ-

ptio, præſertim quæ ſpecie aliqua veri inſidiatur auditori. Cauſſam autem falſitatis indicant tituli, qui in Dialecticis vſitatè attributi ſunt fallaciarum modis, vt poſteà ex declaratione titulorum & exemplis intelligi poterit.

Cæterùm fallacia his modis ſumpta diſtribui poteſt in fallaciam in dictione, & extra dictionem.

EST AVTEM FALLACIA IN DICTIONE, quæ apparentiæ cauſſam ſumit ex dictione vel oratione, hoc eſt, ſigno ad placitum ſignificante.

Hîc enim ambiguitas, quæ errorem parit, magis eſt in genere ſermonis quàm in rebus. Ac pleraque intelligi poſſunt ab iis, qui Grāmaticen rectè didicerūt, & linguas intelligūt ex q̃bus dicta ambigua ſumūtur: ſic filios incredulitatis hebraica phraſis incredulos dicit, ſeu addictos incredulitati. Ad ſimilem modū & filios contumaciȩ contumaces, filios ebrietatis ebrioſos, ſeu addictos ebrietati aut contumaciæ propemodùm vt latinè dici poſſet, Mancipium incredulitatis, Mancipium contumaciæ, Mancipium ebrietatis.

FALLACIA EXTRA DICTIONEM dicitur, quȩ ſuæ apparentiæ cauſſam ex ipſa re accipit.

Sed de huiuſmodi poſteriùs ſuo loco dicetur.

FALLACIAE IN DICTIONE SEX.

1.	AEquiuocatio,	Ομωνυμία,
2.	Amphibolia,	Αμφιβολία,
3.	Compoſitio,	Σύνθεσις,
4.	Diuiſio,	Διαίρεσις,
5.	Accentus,	Προσῳδία,
6.	Figura dictionis.	Σχῆμα λέξεως.

Hi tituli omnes vna dictione ambigui comprehendi poſſunt. Sed Ariſtoteles diuerſos modos recitat, vt aliquo modo indicet diſcrimina ambiguorum. Alia enim ſunt in vna voce, alia in compoſitione, vt poſteà dicetur.

AEquiuo-

AEQVIVOCATIO.

AEQVIVOCATIO est titulus captionum, in quibus deceptio fit ambiguitate vnius vocis.

Caussam autem iuniores considerent, quare in ambiguis non valeat consequentia, quia cùm vox ambigua significet res diuersas, fiunt quatuor termini in syllogismo. Sunt igitur scopæ dissolutæ, nec vinculũ est vllum præmissarum & conclusionis, falsa igitur attexi possunt. Hac caussa animaduersa satis est dicere: Nego consequentiã, & ratio est, quia est fallacia æquiuocationis. Sit enim nota omnibus hæc caussa, quam recensui, cur non valeat consequentia.

Exempli gratia:

Quicquid habet brachiũ, habet corpus ex carne, ossibus, sanguine, venis, arterijs, & neruis compositum,
Deus habet brachium, ergo
Deus habet corpus, &c.

Responde, Nego consequentiam, & ratio est, quia est fallacia æquiuocationis. In Maiore, brachium propriè dicitur de brachio, quale est humanum. In minore, brachium metaphoricè significat potentiam seu robur seu efficaciam. Recitaui puerile exemplum, vt forma citiùs agnoscatur.

Cùm autem quotidiana vita plurima exempla offerat, satis est locum monstrasse, & monuisse, vt in argumentis consideretur, quæ vox sit ambigua, & interpretatio eius sumatur, vel ex Grammatica, vel ex definitione, vel ex diuisionibus, quæ in ijs artibus traduntur, vndè vocabulum sumptum est. Monet vetus versiculus, ex ambiguis oriri dissensiones & falsas opiniones, qui sic vulgò recitatur:

Erroris mater fuit æquiuocatio semper.

Ideo & propriè loqui ipsi & aliorum ambiguè dicta, dextrè interpretari discamus.

Amphibolia

AMPHIBOLOGIA aut vt eſt apud Ariſtotelem AMPHIBOLIA.

Diſcernit Ariſtoteles hãc claſſem à ſuperiore. Suprà dixit de ambiguis, in quibus vnicum vocabulum parit errorẽ. Hic nominat amphiboliã, cùm oratio ambiguã ſententiã intra ſe claudit, qualis illa Apollinis.

Aio te AEacida Romanos vincere poſſe.

Cuius ambiguitas ex eo dependet, quòd accuſatiuus (te) vt etiam (Romanos) nunc à tergo nunc à fronte verbi (vincere) conſtrui poteſt, atque ita incertum relinquitur, an AEacides, hoc eſt, Pyrrhus Romanos vincere poſſit, an contrà, Romani AEaciden.

Huiuſmodi exẽpla multa ſunt in prouerbijs & oraculis.

Ex hoc amphiboliæ loco captio ſtruitur cùm tale ſophiſma conficitur:

Quiſquis arat littus, littus proſcindit aratro,
Atſt operam perdẽs, littus perhibetur arare,
Ergo operam perdens, littus proſcindit aratro.

Etſi autẽ bono cõſilio ἀμφιβολίαν κ. ὁμωνυμίαν, diſcernit Ariſtoteles, vt diligentiùs conſideretur, vnde ſit ambiguitas, tamen cùm ſint loci valde propinqui, coniunctim adſignat tres vtriuſque modos.

PRIMVS EST.

Quando nomẽ vel oratio amphibologica æquè principaliter plura ſignificat. Vt: Canis vel aquila. Itẽ hęc oratio, liber Ariſtotelis.

SECVNDVS.

Quando nomine vel oratione ſoliti ſumus ſic vti, id eſt, quando nomẽ vel oratio plura ſignificat, vnum principaliter & alterum minùs principaliter, vnum propria ſignificatione, alterum μεταφορικῶς. Vt, ſanum. Item, arare littus.

TERTIVS.

Tertius eſt, quando coniuncta verba multa ſignificant ſeparata vnum: quale eſt ſcire literas. Vtrunque enim & ſcire & literæ, fortaſſe vnum aliquid per ſe ſignificat, coniuncta autem plura, aut ipſas literas habere ſcientiam, aut alium habere literarum ſcientiam, vndè fiet fallacia. Contingit ſcire literas, ergo contingit quòd literæ ſciant.

COMPOSITIO ET DIVISIO.

Titulus monet interdũ ambiguitatem oriri ex compoſitione eorum, quæ non erant iungenda, Interdum verò ex diuiſione membrorum, quæ oportuit iungi.

EST AVTEM FALLACIA COMPOSITIONIS, quando ex propoſitione vera in ſenſu diuiſo, & falſa in ſenſu compoſito, infertur concluſio falſa, quæ non poteſt ex illa propoſitione inferri, niſi ſumpta in ſenſu compoſito.

Ex aduerſò FALLACIA DIVISIONIS eſt, quãdo ex propoſitione vera in ſenſu compoſito, & falſa in ſenſu diuiſo infertur concluſio falſa, quæ ex eo antecedente nõ rectè colligitur, niſi ſumpto in ſenſu diuiſo,

Exemplũ prioris fallacię, vt, ſedentẽ poſſibile eſt ſtare, ergo fieri poteſt, vt ſedens ſtet: antecedens enim eſt verum in ſenſu diuiſo, cùm non aliud ſignificetur, quam quòd is qui modò ſtat, habeat poteſtatem aliquando ſedendi, ex qua propoſitione ſic ſumpta non poteſt inferri dictum conſequens, ſed rectè colligeretur, ſi dicta propoſitio ſumeretur in ſenſu compoſito, qui falſus eſt.

Simile eſt de hac argumentatione:

Humilis poteſt eſſe ſuperbus, igitur
Fieri poteſt, vt idẽ ſimul ſit humilis & ſuperbus.

Poſterioris fallaciæ exemplum eſt iſtud:

Impoſſibile eſt ſedentem ſtare, ergo
Impoſſibile eſt eũ, qui nũc ſedet, aliquãdo ſtare.

Nam

Nam antecedens est verum in sensu composito, & falsum in sensu diuiso, ex quo infertur conclusio falsa, quæ non sequitur ex illo antecedente, nisi quando sumitur in sensu diuiso.

Et hic quidem modus fallaciarum compositionis & diuisionis, quantum ad huiusmodi propositiones modales, quæ secundum vnum sensum sunt veræ, secundum alterum falsæ, satis facilis est. nec ita multa indiget declaratione, cùm ea quæ ad hanc rem pertinent, suprà libro 3 in tractatu de Modalibus sufficienter dicta sint.

Verùm & in alijs hæ fallaciæ locum habent, Quando videlicet aliqua determinatio secundum quod diuersis coniungitur determinabilibus, vel idem determinabile diuersis determinationibus, varios sensus efficit, alterum verum, alterum falsum.

Et generaliter in his compositio & diuisio considerantur, secundum situm partium magis debitum, vel minùs debitum, vt sensus, qui sumitur secũdum situm partium magis debitum, dicatur sensus compositus: qui autem secundum sensum minùs debitum, dicatur diuisus.

Porrò quis sit sensus magìs aut minùs debitus, accipere oportet ex iudicio eorum, qui in ratione sermonis, siue in arte loquẽdi habentur peritiores. Quẽ enim idiomatis peritus iudicat esse magis vel minùs debitũ sensum, ille habendus est magis debitus vel minùs.

Ad cuius plenior ẽ & exactiorem notitiã, quidã hac ætate literarum apprimè eruditi, hoc in loco plures cõstituere solent regulas, ex quibus nos vnicam transcribemus, istam nimirum:

Si vnum aliquod determinabile inter duas determinationes, aut vna determinatio inter duo determinabilia, vtrique ex æquo propinqua, cum præcedenti iungatur, sensus est compositus, & situs partium orationis magis debitus.

Vt in his orationibus indistinctis:

Quicquid viuit semper est. Si quid viuit semper est.

Vidi imaginem auream vestem habentem.

Posui te seruum existentē liberū, Si (semper)(aureã) (existētem) referas ad prius sensus est compositus, sin ad posterius, erit diuisus sensus & minus debitus.

Dictum est, vtrique ex æquo propinqua, Nam alias si propinquius determinauerit, sensus erit compositus, & magis debitus: Vt in hac oratione indistincta, Quicunq; scit literas nunc didicit eas sic distinguendo: Quicunque scit literas, nunc didicit eas, sensus est compositus, & magis debitus, sed falsus.

Aliter distinguendo: Quicunque scit literas nunc, didicit eas, sensus efficitur diuisus & verus.

His ita cognitis non difficile fuerit sophismata diiudicare, quorū ex his locis nata deceptio est, si modò memores simus tunc fieri COMPOSITIONIS FALLACIAM, quando fit fallacia propter sensum diuisum verum, & compositum falsum: tunc autem DIVISIONIS FALLACIAM fieri, quando econtrariò fallacia accidit propter sensum compositum verum, & diuisum falsum.

EXEMPLA.

> Quicunque scit literas nunc didicit eas,
> Atqui Grammaticæ peritus scit literas, igitur
> Nunc didicit eas.

Item ex hac oratione, Ego feci seruum existentem liberum, fiunt paralogismi hoc modo:

> Quencunque ego feci seruum existentem liberum, eum seruituti subieci,
> Hunc hominem à me libertate donatū feci seruum existentem liberum, ergo
> Hunc hominem à me libertate donatum seruituti subieci.

RVRSVS.

Quencunq; ego feci seruum existētem liberum, eum li-

eum libertate donaui,

Hunc hominem à me seruituti subiectum, feci seruum existentem liberum, ergo

Hunc hominem à me seruituti subiectum, libertate donaui.

ACCENTVS.

Tunc dicuntur paralogismi propter ACCENTVM fieri, quando fiunt propter vocem, quæ eadem secundum literas & syllabas permanẽs, plura significat, propter diuersum proferendi modum.

Et quia diuersitas hæc ex pronuntiatione legitima cito aduertitur, hinc dicit Aristoteles, quòd sine scriptura non facilè contingit quempiam id genus paralogismis falli, sed in scripturis & poëmatibus magis.

Verùm obijcies, in scripturis, maximè apud Græcos, qui accentus signant, facillimè apparet accentuum diuersitas, ergo non magis in scripturis quàm voce falletur quis, hoc paralogismorum genere.

RESPONSIO.

Antiquissimos Græcos sine vllis, aut spirituum aut accentuum notis scriptitasse notius est, quàm vt sit multis argumentis comprobandum. Docent enim id apertè vetusti quidam, qui extant codices Græci: ac prætereà etiam marmorea monumenta vetustissima, quæ Romæ adhuc visuntur, nudis solùm characteribus incisa absque illis literarum fastigijs. Vt liquidò constet: huiusmodi virgularum apicumque suprascriptiones non in illa primæua Græcæ linguæ origine fuisse excogitatas, nec ad eius integritatem vsquequaque pertinuisse

Plures autem adsignantur huius fallaciæ modi.

PRIMVS EST,

Quando pronuntiatio variatur propter accentũ mutatum, qui est triplex, acutus, grauis & circunflexus, vt

pendére à pendeo profertur, accentu acuto in penultima: à pendo verò profertur accentu graui. Vndè sophiſma fit huius loci:

Quencunq; æquũ eſt pendére, iuſtè ſuſpenditur,
Sed æquum eſt tortorem péndere, ergo
Tortor iuſtè ſuſpenditur.

SECVNDVS.

Quando ſeruato eodem accentu mutatur quantitas. Vt, populus arbor primam habet longam: & populus collectio gentis, breuem Vt:

Omnis populus eſt arbor,
Collectio hominum eſt populus, ergo
Hominum collectio eſt arbor.

TERTIVS.

Quando mutatur pronuntiatio propter diuerſitatem ſpiritus, qui duplex eſt, aſper & lenis. Aſper apud Latinos adſignatur litera h: Lenis verò non ſignatur. Vt, hara & ara: abeo, habeo. Vt:

Si abeo recedo, argentum habeo, ergo recedo.

Omnis hara eſt porcile, In templo eſt ara,
Ergo in templo eſt porcile.

QVARTVS.

Quartus modus eſt quando dictio aliqua interim diuiditur, interim tota manet. Vt:

Quicquid inuitè fit, coactè fit, Vinũ fit in vite, ergo fit coactè.

QVINTVS.

Huc referunt captiones ex mutatione diphthongi factas, vt.

Qui fouet æquum, iuſtam fouet cauſſam,
Hic auriga fouet equum, ergo Iuſtam fouet cauſſam.

Sextus.

SEXTVS.

Quando gẽstus pronũtiationis mutatur. Gestus enim in pronuntiatione sentẽtias mutat, vt in Ironia, Cùm adfirmatiua oratione significamus negatiuam & econtrariò.

Ex parte igitur varij modi pronuntiandi secundum interrogationem, aut adfirmationem, secundum Ironiam, aut secundum seriam assertionem, sic contingit fallacia:

Quicunque alteri dicit, Egregiè functus es officio tuo, collaudat illum pro bene peracto negotio,

Is autem qui alterum irridet, ita subinde loquitur, cùm nihil etiam minùs quàm laudare velit (quemadmodũ est illud apud Vergilium: Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis) igitur.

Qui alterum irridet, eundem collaudat.

Hîc fit fallacia ex ironica pronuntiatione, qualis etiam contexi potest, ex illusorijs verbis militum, quibus Christum irridebant, hoc modo:

Qui Christo dixerunt, Aue rex Iudęorum, regem eum agnoscebant, & vt talem eum venerabantur,

Ministri autem impij illudentes, ita ei dixerunt, Aue rex Iudęorum, igitur

Ministri illusores eum agnoscebant & venerabantur, vt regem.

FIGVRA DICTIONIS.

„ Fallaciæ, quæ secundum FIGVRAM DICTIONIS sunt, accidunt (vt inquit Aristoteles) quando non idẽ vt idẽ interpretatur, vt masculinum, fœmininũ: vel ecõtrariò, vel neutrũ gen⁹, alterũ horũ: vel rursus quale quantũ, aut quantũ quale: vel faciẽs patiens, aut econtrariò, & sic de alijs Prædicamentis.

Eſt igitur fallacia figurę dictionis, quando non idem vt idem interpretatur: hoc eſt, quę prouenit ex ſimilitudine dictionis cum alia dictione, ex eo quòd diſſimile alicui putetur illi eſſe ſimile in aliqua proprietate Grammatica ſiue Logica.

Maſculinum interpretatur fœmininum vno modo ſic. Quando nomẽ maſculini generis infertur eſſe fœminini generis propter ſimilitudinẽ quam habet maſculinum cum fœminino.

Vt, muſa eſt fœminini generis, ergo & poëta.

Secundo ſic, quando nomini maſculini generis attribuitur proprietas fœminini generis, ex eo ꝙ nomen fœminini generis habet ſimilitudinem cum nomine maſculini generis. Vt, omnis aqua eſt humida, Dilia eſt aqua, ergo Dilia eſt humida.

Simile iudicium eſt de eo quod eſt fœmininum interpretari maſculinum, Item neutrum genus maſculinum vel fœmininum.

Quale quantum interpretatur vno modo: Quando id quod eſt prædicamenti qualitatis, putatur eſſe prædicamenti quantitatis, propter ſimilitudinẽ quam habet cum termino prædicamenti quantitatis. Vt, lineatum eſt quantum, ergo album eſt quantum.

Altero modo, quando ſub termino prædicamenti qualitatis ſubſumitur terminus prædicamenti quantitatis, quaſi ille prior fuiſſet prędicamẽti quãtitatis. Vt,

> Qualeſcunque digitos heri habuiſti, tales modò habes,
> Quinque digitos heri habuiſti, ergo
> Hodie quinque habes.

Conſimiliter explicandum quomodo quantum interpretetur ſeu iudicetur eſſe quale.

Faciens autem patiens iudicatur hoc modo:

Audire eſt pati, ergo & ferire: econtrariò fiet ſic argumentando. Ferire eſt agere, ergo & audire.

Adnotant

Adnotant neoterici hunc ſophiſticũ locum generale eſſe receptaculum, & quaſi publicũ diuerſorium omnium ſophiſticorum Elenchorum, qualeſquales extiterint. Nam omnis ſophiſtica argumentatio cauſſam apparentiæ ſuę bonitatis habet ex ſimilitudine, cũ alia quæ valida eſt ratiocinatione, quod an rectè, an ſecùs dictum ſit alij diſpiciãt. Nos ad fallacias extra dictionem tranſimus.

De Fallacijs extra dictionẽ.

CAPVT V. ET VLTIMVM.

ETiam cùm rerum confuſio eſt, tamẽ explicatio ſumitur ex definitionib⁹, diuiſionibus, cauſſis & regulis conſequentiæ. Prudenter autẽ modi aliquot hìc traduntur, in quos pleræque deceptiones incurrũt, nõ modò in diſputationibus, ſed etiam in hominum vita, cùm error ex rerum confuſione oritur. Sunt autem modi ſeptẽ, quos priùs in tabula expreſſimus: Primus eſt qui ab accidente nominatur:

FALLACIA ACCIDENTIS.

Pręſens locus ab Ariſtotele appellatur παρὰ τὸ συμϐεϐηκός. Et ex Textu talis elicitur eius deſcriptio.

FALLACIA ACCIDENTIS eſt quando idem ſimiliter exiſtimatur rei & accidenti ineſſe. Id eſt, quando idem attributum ſimili modo exiſtimatur ineſſe vel non ineſſe accidenti in antecedente & rei ſubiectæ in conſequente, cùm tamen aliter ſe habeat res.

Vt: Animal eſt irrationale, homo eſt aĩal, Ergo homo eſt irrationalis, attributũ eſt irrationale, quia hoc accidenti & rei ſubiectæ tribuitur. Accidens eſt animal, homo eſt res ſubiecta.

Exempla

EXEMPLA Aristotelis.

„ Si Coriſcus eſt alter ab homine, & Coriſcus eſt ho-
„ mo, Coriſcus alter eſt à Coriſco.
„ Aut, Si Socrates eſt homo, & Coriſcus eſt alter à So-
„ crate, Coriſcus eſt alter ab homine.

Quæ exempla ſic explicant, Coriſcus aliquis homo non eſt, & Coriſcus eſt homo, ergo Coriſcus non eſt Coriſcus.

Attributum huius fallaciæ eſt Coriſcus, vt eſt maior extremitas. Res ſubiecta eſt Coriſcus, vt eſt minor extremitas: habet enim Coriſcus officium duorũ extremorum. Accidens eſt homo. Enthymematicè proponitur hoc modo: Coriſcus aliqs homo non eſt, ergo Coriſcus non eſt Coriſcus. & eſt argumentum vitioſum à ſuperiori ad inferius. Alterum exemplum ita explicant:

Socrates eſt homo,
Coriſcus non eſt Socrates, ergo
Coriſcus non eſt homo.

Enthymematicè ſic proponitur: Coriſcus nõ eſt Socrates, ergo Coriſcus non eſt homo: quod vitioſè colligit ab inferiori ad ſuperius.

Ad hãc fallaciã pertinet & illud apud Aulũ Gelliũ ſophiſma, quod priùs recitauimus Diogeni propoſitũ:

Quod ego ſum, tu non es, ego ſum homo, ergo
Tu non es homo.

Generaliter loquendo de fallacia accidentis per attributum, intelligimus terminum communem: per rem ſubiectam, terminum illatum: per accidẽs, terminum inferentem. Sic expoſitis vocibus ita fallacia erit omnium fallaciarum commune receptaculum. Sed videant ſtudioſi, num hoc ex ſententia fiat Ariſtotelis?

Sicut & illud quod hîc adijciunt, nullum eſſe inconueniẽs, ſi admittamus plurimos, ne dicam oẽs huius fallaciæ paralogiſmos ad figuræ dictionis Fallaciã pertinere, etſi alia ratione. Nam (inquiunt) quatenus

prouenit

prouenit deceptio ex dictionis similitudine, aut affinitate cum bona argumentatione, est figuræ dictionis fallacia. At inquantum prouenit ex rerum incõuenientia, erit secundum accidens fallacia.

A DICTO SECVNDVM QVID.

Aristoteli hic locus dicitur τὸ ἁπλῶς ἢ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ πῆ, ἢ ποῦ ἢ ποτὲ, ἢ πρός τι, λέγεσθαι.

Est autem FALLACIA A DICTO SECVNDVM QVID AD DICTVM SIMPLICITER, captio ex eo quòd dictum secũdum quid sumitur vt dictũ simpliciter, hoc est, est fallacia in qua malè argumentatur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

DICTVM SECVNDVM QVID, est determinabile sumptum cum determinatione, cum qua non sumitur dictum simpliciter. Vt, animal album comparatione vocis, animal. Item, animal album secundum dentes, ad animal album.

DICTVM SIMPLICITER est determinabile non sumptum cũ determinatione sui dicti secundũ quid. Dictũ simpliciter vocauimus priùs in locis dialecticis totum in modo. Vt, animal, ad animal album.

Huius fallaciæ sunt tres modi.

PRIMVS EST.

Quando in antecedente vnicum dictum secundum quid sumitur. Vt:

Hector est homo pictus, ergo
Est homo.

Hoc puerile exemplum planè commonstrat hanc fallaciam, cùm in consequente omittatur determinatio (pictus). Huius quoque modi sunt, vbi, locus, tempus, ad aliquid, aut secundum aliquid omittitur.

LOCVS. In tẽplo aluum exonerare nefas est, ergo
Aluum exonerare nefas est.

Tempus

TEMPVS. Cùm timetur naufragium, expedit merce
in mare abijcere, ergo
Expedit merces in mare abijcere.

AD ALIQVID. Diuitiæ malè vtentibus non sun
bonæ, igitur
Diuitiæ bonæ non sunt.

SECVNDVM ALIQVID. Vt:
Ciconia rostro russa est, ergo
Est russa.

SECVNDVS.

Quando in antecedente sumitur vnum dictum sim
pliciter, & vnum secundum quid. Vt: Aethiops est ni
ger, & est albus secundum dentes, ergo est niger, &
est albus.

TERTIVS.

Quando in antecedente duo sunt secũdum quid di
cta, ex quibus infertũtur opposita de eodem. Vt: Fusc
est album ad nigrum, & nigrum ad album, ergo Fusc
est album & nigrum. Item, Aethiops est secund
maiorem partem niger, & est albus secundum dentes
ergo Aethiops est albus & niger.

Videntur etiam huc pertinere argumẽtationes ma
læ à coniunctis ad diuisa. Vt cùm sic argumentamur
Hic homo est bonus musicus, igitur est bonus, & mu
sicus. Est laudatissimus artifex, igitur est laudatissi
mus, & est artifex. Est bonus latro, aut bon⁹ fur, igitu
est bonus, & est latro aut fur.

Sub hac fallacia comprehẽditur fallacia à dicto sim
pliciter ad dictum secundum quid, quæ ex eo proue
nit, quòd male argumẽtetur à dicto simpliciter ad di
ctum secundum quid. Vt,
Aethiops non est albus, ergo
Non est albus secundum dentes.

Fallaciæ à dicto simpliciter, ad dictum secundum
quid, sunt mala argumenta à toto in modo ad partem
in modo.

in modo. Contrà, à dicto ſecundum quid, ſunt mala argumenta, à parte in modo ad totum in modo.

FALLACIA IGNORANTIAE ELENCHI.

Ariſtoteli dicitur παρὰ τὴν ἐλέγχου ἄγνοιαν.

FALLACIA IGNORANTIAE ELENCHI ſpecialiter deſcribitur eſſe captio propter omiſſioné alicuius particularum vltimarum in definitione Elenchi poſitarum, ſecundum idem, ad idem, ſimiliter, in eodem tempore.

Definitio autem elenchi (qua nuſquàm ab Ariſtotele longior poſita eſt, idque vt arbitramur propter ſophiſtarum importunitates) eſt hæc:

** Elenchus eſt contradictio vnius & eiuſdem, non nominis ſed rei & nominis, non ſynonymi ſed eiuſdem, ex his quæ data ſunt ex neceſſitate, non connumerato eo quod erat in principio, ſecundum idem, ad idem, ſimiliter, & in eodem tempore.*

Hoc eſt paucis: Verus elenchus eſt ſyllogiſmus probatiuus, qui infert verè contradictoriam vel contrariam poſitioni reſpondentis.

Et eſt eadem ſenſu cum definitione Elenchi breuiſſima priùs poſita.

Porrò fallaciæ ignorationis Elenchi quatuor adſignantur modi:

Primus

PRIMVS est, cùm omittitur particula ad idem. Vt Decē sunt dupla ad quinque, & nō sunt dupla ad sex, ergo sunt dupla & non sunt dupla.

SECVNDVS, quando omittitur particula secūdum idem: Vt, Hoc lignum est æquale illi secundum longitudinem, & non est illi æquale secundum latitudinem, ergo est æquale illi & non æquale.

TERTIVS cùm omittitur particula similiter. Plato est sapiens, & non necessariò est sapiens, ergo est sapiens & non est sapiens.

QVARTVS quando omittitur particula in eodem tempore. Vt Democritus hoc tempore ridet, & illo nō ridet, ergo ridet & non ridet.

Fit autem fallacia Elenchi in oppositis cōtradictorijs aut contrarijs aut priuatiuè oppositis, non relatiuis: illa enim comparatione diuersorum aut diuersa ratione de eodem possunt prædicari. Vndè hic nulla est fallacia, sed bona est & dialectica argumentatio. Paulus est magnus ad Petrum, Et est paruꝰ ad Goliath, Ergo est magnus & paruus. Vt docet Aristoteles apertè in contextu de proprietatibus Quantitatis.

Videtur autem hæc fallacia se habere ad fallaciam à dicto secundum quid, vt minùs commune ad magis commune, quia omnis fallacia ignorātiæ Elenchi videtur esse à dicto secundū quid, secundi, aut tertij modi à nobis priùs recitati.

FALLACIA PETITIONIS PRINCIPII.

Græcè ab Aristotele vocatur παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν.

FALLACIA PETITIONIS PRINCIPII est, cuius antecedens non est notius consequente, sed est vel ignotius vel æquè ignotum. Vt siquis hanc, Aliquis homo est risibilis, conetur probare hoc modo, Omnis homo est risibilis, ergo aliquis hō est risibilis.

Est &

Eſt & hîc petitio principij: Clodius inſidiatus eſt Miloni, ergo Clodius inſidias Miloni fecit. Verberauit, igitur percuſſit. Quanquàm in ſermone cõceſſum eſt, eandem ſententiam mutatis verbis efferre, tamen in probando omninò ſunt inutiles ταυτολογίαι, cùm vt aiunt, ignotũ per ęquè ignotum oſtẽdere conamur.

FALLACIA CONSEQVENTIS Græce τὸ ἑπόμενον.

FALLACIA CONSEQVENTIS eſt captio ex eo, quòd putetur cõuerti cõſequentia, hoc eſt, ex eo quòd ſicut ad antecedens videtur ſequi conſequens, ita ex conſequente putatur antecedens ſequi, aut ad oppoſitum antecedẽtis putatur ſequi cõſequẽtis oppoſitum.

Pro maiori autem huius cognitione in primis venit adnotãdum, id hoc loco eſſe ANTECEDENS, quod ex neceſſitate, probabilitate aut ſuſpicione quadam aliud infert.

CONSEQVENS autem, quod ſimili modo infertur. Verbi cauſſa, antecedentia ſunt eſſe mel, pluiſſe, eſſe cõptum: conſequentia verò ſunt eſſe flauum, terrã eſſe madidam, adulterũ eſſe, & id genus alia.

Vt ſiquis credat hanc valere conſequentiam: Hoc eſt flauum, ergo eſt mel, eò quòd econuerſò ſequatur: Eſt mel, ergo eſt flauum.

FALLACIA SECVNDVM NON CAVSSAM VT CAVSSAM

Græce, παρὰ τὸ, τὸ μὴ ἄιτιον ὡς ἄιτιον τιθέναι,

Hui⁹ fallacię talis ex Ariſtotele deſcriptio colligitur. FALLACIA SECVNDVM NON CAVSSAM VT CAVSSAM, eſt cùm id quod non eſt cauſſa, adſumitur tanquã ꝑpter illud fiat redargutio, hoc eſt, eſt fallacia, quę prouenit ex cõueniẽtia pręmiſſę nõ cauſſæ cũ cõcluſiõe falſa, aut cũ pręmiſſa cauſſa, ob quã putatur

præmiſſa

premissa non caussa, esse caussa falsitatis conclusionis, quæ tamen non est.

Vt siquis ponat hanc, Omne animal sentit, dicet aliquis:

Omne animal sentit,
Omne animal videt,
Atqui homo cæcus est animal, ergo
Homo cæcus videt.

Sed consequens est falsum, ergo aliqua premissarum, Sed nō illa, homo cęc⁹ est animal, ergo ista ὑπόθεσις, Omne animal sentit. Corrigetur autem fallacia si sic dicas, consequens est falsum, ergo aliqua præmissarum, verùm non minor, nec præmissa superflua, ergo maior.

Rogauerit hîc quispiam, quomodò hæc fallacia distinguatur à defectu syllogismorum, quem vocāt, non propter hoc accidere falsum. Cui sit Responsum, fallaciam istam requirere, vt sit aliqua conuenientia pręmissæ superfluæ cum conclusione falsa, aut præmissa caussa. Quæ conuenientia in eo consistit, quòd vel idem prædicatum habeant, vel subiectum idem: talis verò conuenientia non requiritur in defectu syllogismorum, quia ibi nulla opus est apparentiæ caussa, sed solus sufficit defectus.

Ad hanc fallaciā referendæ videntur omnes captiones, quæ fiunt ex mala allegatione caussarum. Vt est illud sophisma lupi ad ouem, de quo prius: Bibis me bibente, ergo turbas mihi flumen.

FALLACIA SECVNDVM PLVRES INTERROGATIONES VT VNAM.

Aristoteli præsens Locus vocatur παρὰ τὸ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν.

FALLACIA SECVNDVM PLVRES INTERrogationes

ROGATIONES VT VNAM iuxta Ariſtotelem fit, quando ad interrogationes plures périnde ac ſi vna ſit, adſignatur reſponſio vna. vt propoſita quæſtione, vtrum hi ſint cæci nec ne? demõſtrando duos, quorum alter videat, alter non: Si reſpondeat quis citra diſtinctionem, aut verè aut apparẽter redarguetur.

Verè quidem arguetur, ſi adfirmatiuè reſpondeat, eos cæcos eſſe. Nam indè conſequetur videntẽ quoq; cæcum eſſe.

Apparenter autem arguitur, ſi eos cæcos eſſe negauerit. Nam inferet Sophiſta, ergo cæcus non eſt cæcus. Sin autem reſponderit diſtinctè, hic videt, ille non videt, iam euaſit calumniam.

Docet in libro περὶ ἑρμηνείας Ariſtoteles, reſponſionem, vt ei ſatisfiat, interrogationi conformem eſſe debere, volens ad interrogationem vnam, dari vnam quoque reſponſionem: ad multiplicem verò ſeu plures, diſtinctè reſpondendũ eſſe per plures enuntiationes.

Hactenus de fallacijs.

Ariſtoteles déinde prædictos locos ſophiſticos omnes ad ignorationẽ Elenchi reuocari poſſe, oſtendit. Sed quæ recenſuimus hactenus, rudioribus diſcipulis ſatisfactura arbitramur.

PERORATIO
ad diſcipulos.

HABETIS nunc, ſtudioſi adoleſcentes, communia Logices præcepta, in hoc vobis congeſta, vt ſummam artis & hinc quoque plus iudicij præparati ad Ariſtotelem adferatis. Quorum editione aliud volui nihil, quàm prodeſſe: & laborioſiſsimò veteri illo ſcribendi labore, qui vehementer diſcipulos cæteros cum inſigni temporis diſpendio cruciare couſueuit, vos liberare: ſimulq́ commonſtrare præceptionum Ariſtotelis non pœnitendum vſum: Cuius tenuiſsima, non auſim dicere nulla, apud nos hactenus inter docendum extitit vel mentio vel cura, in tanto præceptionum & ſubtilitatum accumulandarum ſtudio.

Quòd ſi quæ voluimus, etiam præſtitimus, Deo Opt. Max. ſit gratia, illiq́ ſoli gloria: Sin minùs, merebitur conatus noſter veniam apud omnes humaniorum artium cultores, quos pro ſua humanitate in iudicando de hoc licèt immaturo fœtu (qui velut abortiuus inter quotidianæ profeſsionis moleſtias nobis ad nullā ingenij laudem ſcribentibus excidit, dum ſolam diſcipulorum vtilitatem atq́ pręſentē neceſsitatē ſpectamus) candorē doctis viris dignū, dignū & probis omnibus, adhibituros confido, probè memores, facillimum eſſe (quod cauillatoribus ſophiſticiſq́ ingenijs odio dignis ſtudio eſſe videmus) aliena otioſè carpere.

Próinde, quæ rudibus ingenijs ſimpliciter & (quod aiūt) pingui Minerua tradidimus, ad argutias & ſtulta ſophiſmatum deliria nō examinentur. Quæ conſultè omiſſa ſunt, viua ſuppleantur voce. Déniq́, ſi quid excedere ingenia prorſus rudia aut tarda nonnulli forſan iudicabunt, illud vt omittant, per nos licet.

Meminerint prætereà eruditiores & eloquentiores, me ſcholaſticis hæc et Scholis noſtris ſcripſiſſe, quibus vel inuiti ſemper in verbis definitionum reddendis, ſæpe etiā in ſententijs ſimul et exemplis obſecundare debuimus.

Nolim idcirco nimiū pertinaciter in verba noſtra quenquam iurare, ne diſcipulum quidem: verùm vbi alia quædam magis probabuntur, liberè qui volet, cum iuſta tamē ratione et iudicio, non ex animi morbo, diſſentiat. Nam & nos quidē, ſi meliora purioraq́ꝫ, vt optamus, poſtmodùm recipi continget, ſequi non grauabimur, prioribus, ſicubi videbitur, mutatis, quod & doctiſsimos & prudentiſsimos noſtra ætate ſcriptores factitaſſe, quis eſt qui non videat?

Intereà pergite, adoleſcētes optimi, qua cœpiſtis modeſtia atque ſtudio, & æqui boniq́ue facite conſecratā hanc vnicè veſtris commoditatibus operam præceptoris, qui, quod nuper & ſuo periculo & magnis laboribus ſuis cœpit, illud amore veſtri etiā nunc aliôqui occupatiſsimus, facere non deſiſtit: vt quos ferre ſcribendi labores vos deberetis longè maximos, ipſe vobis leuet, vnum ſe onerans grauiſsimè, vos omnes vt exoneret.

ΤΕΛΟΣ.

Η ΔΟΞΑ ΤΩ ΘΕΩ ΜΟΝΩ:
ΕΣΤΩ ΔΕ ΧΡΕΙΑ ΤΟΙΣ ΜΑΘΗΤΑΙΣ.

Soli Deo ſit gloria,
Vſuſq́ꝫ ſit diſcentibus.

INDEX, IN HACTE-

nus tractata totius Logices præcepta, per quæstiones ferè, easq́ breuißimas & apertißimas, ordine Porphyrij & Aristotelis, quem priùs insecuti sumus, diligenter obseruato: pro memoria & commodiori repetitione nostrorum discipulorum, & aliorum quoq studiosorum, si qui audita aliquando apud Aristotelem compendio repetere instituunt. Quem multo accumulatiùs aupegere, tum ex hoc ipso De ratione disserendi opere, tum ex alijs, quæ viua voce adijcientur, facilè pro sua quisque diligentia poterit. Sicubi verò iuuentutē in hisce quæstiunculis hærere cōtigerit, locum in ipso opere respondentem adeat.

PROOEMIVM.

Logices liber primus.

Prædicabilia.

Cur Indiuiduum non est prædicabile?
Prædicabilia quot sunt?

GENVS.

Recita tres modos Generis ex Porphyrio.
Quis est horum modorum vsus?
Confer Genus Logicũ cum Genere primo modo.
Dic eiusdem collationem cum genere secundo modo.
Recita definitionem generis prædicabilis.
Differentia specie quæ dicuntur?
Expone prædicari in quid.
Generis prædicabilis quis est vsus?

SPECIES.

Recita duas acceptiones speciei ex Porphyrio.
Harum acceptionum vsus quis est?
Quæ collatio speciei Logicæ cum specie ciuili?
Recita ex Porphyrio tres definitiones speciei Logicæ.
Quid est speciem sub genere poni?
Differentia numero quæ vocantur?
An tres illæ speciei definitiones iisdem omnino competant?
Distingue speciẽ vt illis finitionibus definitur.
Speciei Logicæ quis est vsus?
Partire hîc genus. Partire speciem.
Generalißimi duas descriptiones recita ex Porphyrio.
Summa genera quot sunt?

INDIVIDVVM.

DIFFERENTIA.

Harum quoque diuisionum quis vsus est?
Recita quatuor finitiones differentiæ ex Porph.
Dic primæ definitionis sententiam.
Secunda definitio quibus conuenit?
Fac definitionem omni differentiæ prædicabili conuenientem.
Quid prædicari in quale essentiale?
Expone tertiam definitionem & quartam.
An duæ posteriores differentiæ definitiones sint plenæ?

PROPRIVM.

Modos quatuor Proprij ex Porphyrio recita.
Quis modorum Proprij vsus?
Proprium prædicabile ab Accidente quomodò differt?
Quid interest inter Differentiam & Proprium?
Ad quid conducit proprium prædicabile?

ACCIDENS.

Recita tres definitiones Accidẽtis apud Porph.
Quotuplex est Accidens?
Separabile Accidens quid est?
Accidens inseparabile quid?
Accidentis quis est vsus?

PRAEDICABILIVM Discrimen.

In quo conueniunt omnia Prædicabilia?
Vnde sumitur prædicabilium discrimen?
Prædicabilium qui sunt modi prædicandi?
Quæ prædicantur in Quid: Quæ in Quale?

DISCRIMEN PRÆDICATIONVM.

Subdiuide prædicationem inordinatam.
Inordinata contra ordinem quæ est?
Præter ordinem quæ?
Inordinata contra ordinem quomodò diuiditur?
Diuide inordinatam præter ordinem.

Quæ prædicatio est { *Identica? Per accidens? Extrinseca?* }

Inter prædicationem per accidens & extrinsecã quid est discriminis?
Dic modos ad maiorem discretionem atque notitiam prædicationis per accidens & extrinsecæ, necessarios.
Prædicationis per accidens & extrinsecæ notitia quid confert?
Quorsum hìc fuit de prædicationum discrimine docendum?

Logices liber secundus.

Categoriæ.

In Categorijs quid tractatur?
Vnde dicuntur Categoriæ?
Categoriarum vtilitas quæ est?
In quot tractatus categoriæ diuiduntur?

Anteprædicamenta.

Quænam vulgò dicimus Anteprædicamenta?
Quot sunt Anteprædicamenta?

Definitiones.

DEFINITIONES.

Tres ſunt in Anteprædicamentis apud Ariſtotelem definitiones.
Recita finitionem Æquiuocorum.
Da ſenſum finitionis.
Recita finitionem Vniuocorum.
Senſum redde verborum.
Recita finitionem Denominatiuorum.
Da huius quoque ſenſum.
Harum finitionum quis eſt vſus?
Quotuplicem hîc diſtinguunt prædicationem?

Prædicatio { *Æquiuoca* / *Vniuoca* / *Denominatiua* } *quæ eſt?*

DIVISIONES.

Duæ ſunt apud Ariſtotelem Diuiſiones in Antepradicamentis.
Recita priorem.

Dici { *Secũdum complexionem* / *Sine complexione* } *quid eſt?*

Huius diuiſionis vſus quis eſt?
Recita poſteriorem diuiſionem.
Quid dici de ſubiecto?
Recita quid Ariſtoteles dicat eſſe in ſubiecto.
Diuiſionis iſtius quis vſus?

REGVLAE.

Duæ ſunt in Antepr ædicamentis Regulæ apud Ariſtotelem.
Recita priorem. Dic eius ſenſum.
Huius regulæ quis vſus?
Recita poſteriorem regulam.
Explica & huius ſenſum.
Quis eſt huius regulæ vſus?

PRAEDICAMENTA.

Recita ex Ariſtotele generalẽ Prædicamẽtorum diuiſionem.
Pro quo accipitur diuiſum?
Vſus huius diuiſionis quis eſt?
Quo pacto Prædicamenta generatim inter ſe diſtinguuntur?

SVBSTANTIA.

Quid eſt ſubſtantia?
Recita { *Diuiſionem ſubſtantiæ.* / *Primæ ſubſtantiæ finitionem.* / *Finitionem ſecundarũ ſubſtantiarum.* }
Interpretare hanc ſubſtantiarum ſecundarum finitionem.
Partire ſubſtantias in prima quædam capita.
Rurſus illa capita diſtingue in ſpecies vel anguſtiſsimas.
Ad quid prodeſt noſſe hunc ordinem?
Vbi collocãdæ ſũt partes ſubſtãtiarũ integrales?
Recita ex Ariſtotele ſex proprietates ſubſtantiæ.

Alijs

Alijs verbis redde primam proprietatem.
Describe prædicari vniuocè in secũda ꝓprietate.
Quid in tertia proprietate est, vocẽ aliquam videri significare hoc aliquid?
Redde alijs verbis quartã proprietatẽ & quintam & sextam.
Cur sexta proprietas dicitur maximè propria?
Vsus proprietatum substantiæ.

QVANTITAS.

Quid est quantitas?
Recita ex Aristotele priorẽ diuisionẽ quãtitatis.
Exprime diuisionis sententiam.
Qualis est diuisio?
Continua quantitas quid est?
Species quantitatis continuæ quot sunt?

Quid est { *Linea?* / *Superficies?* / *Corpus?* / *Tempus?* }

Discreta quantitas quid est?
Species quantitatis discretæ quot sunt?
Numerus quid est?
Recita posteriorem quantitatis diuisionem ex Aristotele.
Dic sensum diuisionis.
Qualis est diuisio?
Dic quantitates illas, quarum partes habent ad seinuicem positionem.
Item eas, quarum nullæ partes habent positionem ad inui-

ad inuicem.

Partire quantitatem ad imas vsq; species.

Aduerte hîc, lector studiose, pueris primùm fore satìs, si vel in abstracto Quantitatem partiantur, nos tamen Quantitatis & item Qualitatis & Actionum schemata nō in abstracto tantùm, verùm & in concreto, priùs libro secundo expreßimus. Id enim eò faciendum videbatur, vt rudiores discipuli distinctiùs atq; faciliùs excipiant, quas de singulis circa suas tabulas dictare oportet, abstrusiores Prædicationum regulas: de abstractis quidē datas in abstractorū, de concretis autem in concretorū tabulis. Sic enim videntur facillimè de prædicationibus iudicaturi: quarum, quæ præcipua sunt præcepta, quæq; necessum est semper studiosis in conspectu esse, ad diiudicandas vocum connexiones, rerumq; habitudines, hoc est, ad habendum clarum discrimen propositionum verarum à falsis: necessariarum à contingentibus: poßibiliū ab impoßibilibus, &c. satìs libro primo sunt explicata.

Recita tres proprietates Quantitatis.

Æquales quantitates quæ dicuntur?

Quæ inæquales?

Dic propriā mensurandi rationem { *Lineæ* / *Superficiei* / *Corporis* / *Temporis* / *Numeri.* }

Da quan-

AD ALIQVID.

QVALITAS.

Partire primam ſpeciem per intermedia decurrendo ad ima.

Naturalis potentia quid eſt?

Quotuplex eſt naturalis potentia?

Partire ſecundam ſpeciem in quædam capita.

Illa capita rurſus partire ad imas vſq; ſpecies.

Partire operationes animæ potentijs naturalibus reſpondentes.

Quid eſt Paßibilis qualitas? quid Paßio?

Partire tertiam ſpeciem in imas ſpecies.

Figura quid eſt?

Inter Formam & Figuram quid intereſt?

Partire quartam ſpeciem.

Recita deſcriptionem Qualium ex Ariſtotele.

Expone quid ſit dici denominntiuè ſecundum qualitates.

Quid eſt quomodolibet aliter ab his dici?

Diuide qualia.

Recita tres qualitatis proprietates.

Da qualitates contrarias: Item ſuſcipientes magis & minùs.

Da ſimiles, da dißimiles.

Quis eſt harum proprietatum & aliorum de qualitate dictorum vſus?

ACTIO. PASSIO.

Quid eſt Actio? quid Paßio?

Partire Actionem & Paßionem.

Recita ex Ariſtotele duas communitates Actionis & Paßionis.

Da ſenſum

Da sensum prioris communitatis.

VBI. QVANDO.

Quid est Vbi? quid Quando?
Partire Vbi, partire Quando.

SITVS.

Quid est Situs?
Partire Situm.

HABITVS.

Quid est Habitus?
Explica alijs verbis. Partire Habitum.
An Neoterici tractent quatuor postrema Prædicamenta conformiter Scholis?
Vsus Prædicamentorum quis est?

Postprædicamenta.

Quid vocarunt Postprædicamenta?
Postprædicamenta quot sunt?

OPPOSITIO
simplicium, seu vocum, seu rerum.

Quæ dicuntur repugnantia?
Diuide repugnantia.
Opposita quæ dicuntur.
Apud Aristotelem quadruplicia recensentur opposita.
Recita ex Aristotele finitionem relatiuè oppositorum.

Recita contrariorum finitionem.
Diuide contraria.
Recita finitionem contrariorum immediatorum.
Interpretare eam.
Recita contrariorum mediatorum finitionem.
Huius quoque finitionis redde sententiam.
Recita finitionem priuatiuè oppositorum.
Pro quo capitur definitum.
Da sensum finitionis.
Cur additur: tempore à natura determinato: Et nisi alterum insit à natura?
Recita finitionem contradictoriè oppositorum.
Expone illam.
Quid hoc loco dicitur medium?
Cur definitioni adijcitur particula, secundum se?
Recita quinque proprietates contrariorum.
Primæ proprietatis quæ est sententia?
Dic sensum secundæ.
Explica quartam proprietatem.
Quis est oppositorum vsus?

PRIVS.

Recita quinque Prioris modos.
Vsus modorum Prioris.

SIMVL.

Recita tres modos, Simul,
Quis est horum modorum vsus?

MOTVS.

Recita sex species Motus.

In quē vſum adfertur huc motuum diſtinctio?

HABERE.

Recita octo modos Habendi.
Quorſum modi Habendi adferuntur?

DEFINIENDI RATIO.

Definitio quid eſt? Quotuplex eſt Definitio?
Nominis definitio quid eſt?
Quid eſt finitio rei?
Conditiones bonæ definitionis quot ſunt?
Modus definiendi quis eſt?
Definitionum vſus quis eſt?

RATIO DIVIDENDI.

Quid eſt diuiſio?
Genera diuiſionum vulgatiora quæ ſunt?
Conditiones bonæ Diuiſionis quot ſunt?
Quis eſt Diuiſionis vſus?

METHODVS.

Quorſum tractandum hîc de methodo eſt?
Quid eſt methodus?
Methodi quæſtiones quot ſunt? & quæ ſunt?
Vbi tradidit has quæſtiones Ariſtoteles?

Logices Liber Tertius.
ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, ſeu DE ENVNTIATIONE.

In hoc libro quid potiſsimùm tractatur?

Partes

Partes enuntiationis sunt Nomen & Verbum.

NOMEN DIALECTICVM.

Recita ex Aristotele finitionem Nominis.
Pro quo accipitur definitum?
Explica sensum finitionis alijs verbis.
An definitio sit plena?
Quam dicis vocem finitam?
Quam dicis rectam?

VERBVM DIALECTICVM.

Recita Verbi finitionem. Da sententiam eius.
An definitio sit plena?
Quomodò se habet Verbum Logicum ad Grammaticum?
Nomen Logicum ad Grammaticũ nomẽ quomodò se habet?

ORATIO.

Finitionem Orationis recita.
Sensum eius explica.
Quomodò diuiditur Oratio?
Oratio perfecta quid est: Quid imperfecta?
Subdiuide orationem perfectam.
Quid vocas orationem perfectam non enuntiatiuam?
Partire eam.
Quis est dictorum, de nomine, verbo, & oratione vsus?

ENVNTIATIO.

Recita Enuntiatiuæ orationis definitionem.

OPPOSITIO propositionum.

Interpre.

Interpretare eam.
Quid est opponi?
Explica alijs verbis.
Diuide oppositas propositiones.
Contrariarum definitionem recita.
Dic sententiam.
Recita subcontrariarum finitionem.
Huius quoque sensum redde.
Contradictoriarum definitionem recita.
Istam finitionem explica.
Quas vocas subalternas?
Oppositionis tractatio quorsum conducit?

MATERIA PROPOSITIONVM.

Materiam propositionis quam vocas?
Quotuplex est propositionum materia?
Talis distinctionis vsus quis est?
Recita legem contrariarum.
In quibus contrarijs maximè locum habet posterior pars?
Legem subcontrariarum recita.
Posterior pars in quibus subcõtrarijs locũ habet?
Contradictoriarum legem recita.
Quæ est lex subalternarum?
Leges hæ conferunt ad clarè intelligendum, quæ propositiones inuicem in veritate consistere queant, quæ non.

ISODYNAMIA SEV AEQVIPOLLENTIA.

Quid est æquipollentia?

Secunda pars libri ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

Impoßibile, Poßibile & Contingens. Modi autē illi indices sunt materiæ propositionum, necessarium necessariæ: impoßibile, remotæ: Reliqui, contingentis materiæ.

Quorsum hîc de modalibus tractandum?
Modalis propositio quæ est?
Da modales oppositas.
Da modales æquipollentes.
Da modalem duplicem sensum habentem.
Horum sensuum quis vsus?

HYPOTHETICA.

Quid est enuntiatio hypothetica?
Diuide hypotheticam.
Aliter diuide hypotheticam.
Da hypotheticas oppositas.
Quid ad earū veritatē, falsitatemue requiritur?

Logices Liber Quartus, *ex Analyticis Prioribus Posterioribusque* Aristotelis.

Quis est huius libri vsus?
Argumentatio quid est?
Formæ argumentationis quot sunt?
Argumentationis vsus.

PRINCIPIA SYLLOGISMORVM MATERIALIA sunt Propositio & Terminus.

Recita definitionē Propositionis ex Aristotele.
An describantur ibi propositiones singulares?
Diuide propositionem.

SYLLOGISMVS.

PRINCIPIA SYLLOGISMORVM REGVLATIVA,

sunt duæ regulæ ex Aristotele collectæ.

Explica

Explica vsum harum regularum.

SYLLOGISMVS EXPOSITORIVS.

Quid est syllogismus expositorius?
In qua potissimùm figura sit expositorius?
Diuide expositorium. Quæ sunt principia regulatiua expositorij?
Ostende vsum expositorij.

PRINCIPIA PERFECTIVA

sunt trāspositio præmissarum(quæ propter facilitatem non tractatur)& conuersio.

CONVERSIO.

Quid est conuersio propositionum?
Diuide illam. Simplex conuersio quæ est?
Conuersio per accidens quæ?
Quæ leges obseruantur in conuersionibus?
Dic quatuor canones de conuersione propositionum ex Aristotele.
Per contrapositionem conuersio quid est?
Quæ propositiones conuertuntur simpliciter?
Quæ per accidens? Quæ per contrapositionem?
Ad quem vsum conuersio traditur?

PRINCIPIA QVAE FORMALIA VOCANT,

sunt Figura & modus.

FIGVRA.

Figura quid est?

Distin-

Recita

Recita exempla quatuor modorũ perfectorum.
Similiter omniũ imperfectorum huius figuræ.

SECVNDA FIGVRA.

Recita descriptionẽ secundæ figuræ ex Aristot.
Qui modi continentur sub prima parte?
Qui sub reliquis?
Medij secundæ figuræ descriptionem recita.
Extremitatum finitionem recita.
Recita definitionem Maioris extremitatis.
Finitionem Minoris extremitatis recita.
Dic tres regulas speciales secundæ figuræ.
Recita huius figuræ modos cum exemplis.

TERTIA FIGVRA.

Recita descriptionẽ tertiæ figuræ ex Aristotele.
Medij huius figuræ descriptionem recita.
Extremitatum huius figuræ recita descriptionẽ.
Maioris extremitatis descriptionem recita.
Recita Minoris extremitatis.
Dic duas regulas speciales tertiæ figuræ.
Huius deniq; figuræ modos cũ exemplis recita.
Omnes simul syllogismorum modi vulgò nominati quot sunt?
Dic vulgatos versiculos: Barbara, Celarent, &c.
Quæ est vtilitas exercitij cõficiendorum syllogismorum?
Dic quinq; canones, quos hoc loco Aristoteles colligit ex dictis.

REDVCTIO.

Bonitatem syllogismorum imperfectorũ mõstra-

mus re

Fac syl-

Fac syllogismum ex obliquis.
Recita ex Aristotele regulas consequentiarum.

LIBRI QVARTI
Pars secunda,
ex secundo Priorum Aristotelis.

POTENTIAE SYLLOGISMORVM.

Recita sex Potestates syllogismorũ ex Aristot.

PLVRA CONCLVDERE.

Dic quatuor modos Plura concludendi.
Quomodò vnus idemq́; syllogismus plura concludere potest?
An idem numero syllogismus euidẽter et ineuidenter posit concludere?
Vsus primæ potestatis quis est?

EX FALSIS VERVM.

Quis est secundæ Potestatis vsus?

CIRCVLO SYLLOGIZARE.

Circulo syllogizare quid est?
Quid est syllogismus circularis?
Syllogismi circularis quis vsus?

SYLLOGIZARE CONVERSIVE.

Conuersiuè syllogizare quid est?
Syllogismus conuersiuus quis est?

Cur di-

PER IMPOSSIBILE *syllogizare.*

SYLLOGIZARE EX *Oppositis.*

IMPOTENTIAE SYLLOGISMORVM.

INDVCTIO.

dissimile exemplum reperiri?
Quomodò excluditur inductio non probatiua?
Vsus inductionis quis est?

EXEMPLVM.

Recita ex Aristotele quid Exemplū impropriè dictum.
Expone definitionem.
Pro quo capitur definitum?
Da exemplum impropriè dictum.
Recita quid Exemplum propriè dictum.
Cur adijcitur: euidens autem alterum?
Da exemplum propriè dictum?
Exempli quis vsus?

ENTHYMEMA.

Recita finitionem Enthymematis.
Syllogismus imperfectus quis hîc dicitur?
Expone illud (ex icotibus & signis)
Recita quid Icos. Quid Signum.
Discerne icota & signa.
Reduc enthymemata ad syllogismum.
Vnde cognoscitur, ad quam figuram enthymema sit reducendum?
Quî noscetur, vtrùm maior præmissa desit an minor?
Si maior desit, ad primam vel secundam figuram reducitur.
Da vbi deficiente maiore, enthymema est reducibile ad primam tantùm.
Ad secundam tantùm.
Ad primam & secundam.

Si minor

Hactenus De categoricis syllogismis, & imperfectioribus argumentandi formis.

SYLLOGISMVS *Hypotheticus.*

LIBRI QVARTI pars Tertia, *ex libris Posteriorum Aristotelis.*

Recita priorem finitionem Demonstrationis.
Posteriorem recita.
Pro quo capitur definitum vtriusq; definitionis?
Definiti genus quod est?
Quæ vocas priora notioráue quò ad nos?
Quæ simpliciter notiora & priora?
Immediata propositio quid est?
Propositio quomodò hîc ab Aristotele finitur?
Da sensum definitionis.
Propositio Dialectica quid hîc apud Aristotelem est?
Redde sensum finitionis.
Quo pacto hîc Aristoteles finit propositionem demonstratiuam?
Finitionis sententia quæ est?
Enuntiationē quomodò hîc Aristoteles definit?
Dic sensum verborum.
Contradictio quid est? Explica definitionem.
Quid intelligis per medium?
Ostende in contrarijs propositionibus & subcontrarijs dari medium.
Diuide principia immediata ex Aristotele.
Quid est Positio. Quid Dignitas?
Dic tres conditiones principiorum demonstrationis.

DE OMNI.

De omni quid est? Da sensum finitionis.

PER SE.

Modi Per se quot sunt?

Recita Demonstrationis definitionem.
Finitionis sensum explica.
Exempla vtriusque partis definitionis petantur ex vltima parte libri quarti.
Syllogismi Dialectici finitionem recita cum exemplo.
Primorum & Verorum definitionem recita cum exemplo.
Recita Probabilium descriptionem.
Pro quo capitur definitum?
Quæ dicuntur videri.

Da probabile, quod { *Omnibus videtur.* / *Pluribus.* / *Omnibus tantùm sapientibus.* / *Pluribus sapientibus.* / *Maximè pbatis seu sapiẽtissimis* }

Litigiosi syllogismi definitionem recita.
Da exemplum primi membri.
Da secundi, Da tertij.
Recita syllogismi falsigraphi definitionem cum exemplo.
Quis est mẽbrorũ dictæ diuisiõis syllogismi vsus?

PRINCIPIA SYLLOGISMI DIALECTICI.

Quotuplicia sunt principia materialia Dialectici syllogismi?
Prædicatum quid vocas? Diuide Prædicatum.
Recita Termini finitionẽ ex hoc loco Aristotel.

 Pro quo

Inductionem perfectam quam vocas?
Quam vocas imperfectam?
Diuide aliter inductionem.
Multæ dantur inductiones hîc descriptæ, non autem in secundo priorũ, vt patebit conferenti.
Vsus inductionis

LIBRI QVINTI
Pars secunda,
DE LOCIS.

Quid est Locus? Argumentum quid est?
Dictum est argumentum ab arguendo.
Quomodò differt argumentum ab argumentatione?
Locus quotuplex est? Locus maxima quid est?
Quid est Locus Differentia maximæ?
Talis diuisionis Loci vsus quis est?
Quomodò diuiditur Locus, qui est differentia maximæ?
Locus internus quis est?
Subdiuide locum internum.
Locus à substantia quis dicitur?
Quis à concomitantibus substantiam?
Externus locus quis est?
Medius locus quis dicitur?
Huius diuisionis quis vsus?
Quis est locorum vsus?
Verũ locorũ vsum, et quomodò ex locis paretur copia sermonis, &c. videre licet pulcherrimè

apud Rodolphum, quem perlegẽdum esse, his degustatis, censemus, & ex eius consilio locorum vsum monemus diligenter parandum.

Loci à substantia.

DEFINITIO.

Quid est definitio?
Argumẽtare à definitiõe adfirmatiuè & subijciendo.
Item, adfirmatiuè & prædicando.
Negatiuè & subijciendo.
Negatiuè & prædicando.
Argumẽtare ijsdẽ illis quatuor modis à definito.

DESCRIPTIO ET INTERPRETATIO.

Quid est descriptio? Interpretatio quid est?
Argumẽtare à descriptione: itẽ ab interpretatiõe.
Rursus, à descripto atque ab interpretato adfirmatiuè, negatiuè, &c. vt suprà.

Loci à concomitantibus

Substantiam.

TOTVM.

Quotuplex est totum?

VNIVERSALE TOTVM.

Totum vniuersale quid vocas?
Argumentare à toto vniuersali adfirmatiuè & subijciendo.
Item, adfirmatiuè & prædicando.
Negatiuè & subijciendo.
Negatiuè & prædicando.

Totidem

Totidem modis argumentare à parte ſubiectiua, ad totum vniuerſale.
Dic conditiones obſeruandas hoc loco.

INTEGRALE TOTVM.

Totũ integrale quid eſt? Quid pars integralis?
Diuide partem integralem.
Ad quas partes, & quomodò argumentandũ eſt à toto integrali?
A parte integrali quomodò argumentandum?
Declara huius loci vſum.

TOTVM IN QVANTITATE.

Totum in Quantitate quod vocatur?
Quomodò differunt totũ in Quantitate & Vniuerſale totum?
Argumentare ex toto in Quantitate.
Ex partibus argumentare ad totum in Quantitate, quod fiet, ſi dederis Inductionẽ perfectã.

TOTVM IN MODO.

Totum in modo quid eſt? Quid pars in modo?
Argumentare à toto in modo ad partẽ in modo adfirmatiuè & ſubijciendo.
Negatiuè & ſubijciendo.
Adfirmatiuè prædicando.
Negatiuè prædicando.
Argumentare totidem modis à partibus in modo ad totum.

TOTVM IN LOCO.
TOTVM IN TEMPORE.

Quid vocas totum in loco? Quid totũ in tẽpore?

Argumentare { *A caussa formali.* / *Ab effectu formæ.* }

Quonam modo ducemus argumenta ab anima rationali?

Sub hoc loco comprehenditur argumẽtatio, quam vocant ab inesse ad denominari &c.

FINIS.

Quid est Finis?

Ex hoc loco argumẽtamur per prædicata bonum & malum.

Argumentare { *A caussa finali ad effectum.* / *Ab effectu ad caussam.* }

Quis est caussarum & effectorum vsus?

GENERATIO. CORRVPTIO. VSVS.

Ex his quoq; locis ducimus argumenta per prædicata bonũ et malũ adfirmatiuè et negatiuè.

Argumentare à generatione.

Argumentare à corruptione.

Quid hîc obseruandum?

Argumentare à rerum vsu.

Dic leges hîc obseruandas.

Horum locorum vsum exprime.

COMMVNITER ACCIDENTIA.

Communiter accidentia quæ vocantur?

Quotuplicia sunt hæc?

Duc argumenta neceßaria à communiter accidentibus adfirmatiuè & negatiuè.

Duc ar-

Expli-

Explica exemplo.
Conſequentia In ipſo quæ dicitur?
Argumentare ab hoc loco. Vſus horum.

DISPARATA.

Quomodò argumentamur à Diſparatis?
Dic conditiones in omnibus locis oppoſitorum & diſparatorum ſeruandas.

MAIVS. MINVS.

Quid hîc dicitur maius, Quid minus?
Quomodò argumentamur à Maiore?
Argumentare ſubijciendo & prædicando ſimul.
Similiter argumentare à Minori.

SIMILE. PAR. DISSIMILE.

Quæ dicuntur Similia?
Argumentare à Simili, à Pari, à Diſsimili.

PROPORTIO.
DISPROPORTIO.

Quid eſt Proportio?
Argumentare à proportione, A diſproportione.
Argumentare à tranſmutata proportione.

AVTORITAS.

Ab autoritate argumentare.
Quotuplex eſt autoritas?
Quis eſt huius loci vſus?

TRANSVMPTIO.

Argumentare à Tranſumptione.
Vſus Tranſumptionis quis eſt?

Loci medij.

CONIVGATA. CASVS.

DIVISIO.

MAGIS.

SIMPLICITER.

Logices liber ſextus & Vltimus.

Solutio

Solutio personalis quid? Quomodò ea datur?
Vsus solutionis personalis quis est?
Confutatio realis quotuplex est.
Generalis confutatio est, cùm dicimus peccatum esse in materia, forma, aut vtroq;.
Specialis verò, quæ peculiarem fallaciam commonstrat.
Argumenta vitiosa in forma soluuntur ex regulis syllogismorum & consequentiarum priùs positis.
Vitiosa in materia soluuntur inficiatione, distinctione, instantia.
Recita hîc definitionem Elenchi ex Aristotele.
Recita & syllogismi finitionem hoc loco.

DISPVTATIONES.

Quid est Disputatio?
Quot sunt disputationis genera?
Recita ex Aristotele definitionem disputationũ Doctrinalium.
Item Dialecticarum, Tentatiuarũ & Litigiosarum.
Quorsum hæc disputationis diuisio spectat & conducit?

METAE.

Quot sunt sophistarum metæ seu fines in disputando?
Redargutio quid est?
Falsum hîc sumitur ex manifestè falso.

Quid

FALLACIA.

Fallaciæ in dictione.

AEQVIVOCATIO.
AMPHIBOLIA.

COMPOSITIO. DIVISIO.

ACCENTVS.

Quando dicitur fieri fallacia Accentus?
An ſecundum Ariſtotelem faciliùs hæc fallacia fiat in ſcriptura, an voce prolata?
Huius fallaciæ da modos & exempla.

FIGVRA DICTIONIS.

Figuræ dictionis fallacia quando fit?
Interpretare maſculinũ fœmininũ, aut neutrum, & contrà.
Interpretare quale quantum, aut contrà.
Interpretare agens patiens, aut contrà.
An hic locus ſit generale receptaculum omnium fallaciarum?

Fallaciæ extra dictionem.

Septem ſunt fallaciarum genera extra dictionem.

FALLACIA ACCIDENTIS.

Accidentis fallacia quid eſt? Da talem.
An hæc fallacia ſit omnium fallaciarum commune receptaculum?
An huius fallaciæ paralogiſmi poßint ad fallaciam figuræ dictionis referri?

DICTVM SECVNDVM QVID.

Fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter quid eſt?
Quid eſt dictum ſecundum quid?


Dictum

IGNORANTIA ELENCHI.

PETITIO PRINCIPII.

FALLACIA CONSEQVENTIS.


DE SEVILLA
48




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm